¶ Oportet itaqꝫ ꝓpositiones circa vnūqḋqꝫ sic excerpere/supponentem ipsum primuꝫ ꝛ definitiones/ ꝛ quęcūqꝫ propria rei sunt: deinde post hoc quęcūqꝫ rem sequunť/ac rursus quę res sequitur ꝛ quęcūqꝫ non ꝯtingūt ipsi inesse: quibus autem ipsum non cōtingit non eligendū eo/ꝙ ꝯuertiť priuatiuuꝫ. Diuidenda autem sunt ꝛ cōsequentiū/quęcūqꝫ in eo qḋ est quid: ꝛ quęcūqꝫ ꝓpria/ ꝛ q̄cūqꝫ vt accidentia pręๆdicantur: ꝛ horuꝫ qualia ex opinione: ꝛ qualia ſm veritatem: quanto enī pluribus talibus abundauerit quispiā/citius conclusionem assequetur: quanto autem veriorībus/magis demonstrabit: verum oportet eligere/non quę aliqḋ sequunť: sed quę totaꝫ rē sequunť: quēadmodū non quid aliquē hominem: sed quid omnem hominem sequitur: per vniuersales nāqꝫ propositiones syllogismus: nāqꝫ quum est indefinitum/incertum si vniuersalis propositio est/quum ꝟo definitum/planum.

Posteaq̄ꝫ exposuit circa quę versentur monstrationes. Hinc icipit methodum atqꝫ artem tradere inueniendarum propositionum inquiens/ oportere primum supponere ipsum quęsitum/ac terminos eijcere ac separare, qui in ipso sunt/subiectuꝫ inquā ꝛ pręๆdicatum/ postea accipere definitiones ac propria rei, rem appellans/quemadmodum inquit Alexander/ terminos qui sunt in problemate, vel rem dicit veluti in alijs plerisqꝫ locis ꝛ in Elenchis sophisticis concessum atqꝫ subiectum, definitiones nanqꝫ ꝛ propria rei ac subiecti vere sunt, non autem quęsiti, deinde posteaquaꝫ definitiones ac propria adinuenimus, quę indifferenter ꝛ antecedentia ꝛ consequentia esse possunt: inquirenda sunt ꝛ consequentia ꝛ antecedentia ꝛ repugnātia, hoc enī est/quod voluit/quum dixit/quę res sequitur, ꝛ quęcūqꝫ non contingunt ipsi inesse. ¶ Et addit Aulidius Rosadis distinguendum etiam esse/quę ſm veritatem definitiones/propria/atqꝫ accidētia/quęue ſm opinioneꝫ sunt. [Quibus autem ipsum.] hoc est repugnantia quideꝫ subiecto ac quęsito inuestiganda sunt, quibus ꝟo ipsum repugnet/omittenda, quoniam vniuersalis negatiua cōuertitur terminis ī seipsaꝫ. Si enī nulli homini inest equꝰ ꝛ retrouersum/homo nulli equo. [Diuidenda autēꝫ sunt.] hoc est consequentia ac pręๆdicata debemus distinguere

Res appellatur subiectuꝫ ꝛ p̄dicatum.

Dictū Aulidi Rosadis.

Quid pho intelligat per p̄dicata ī qd.

quęcūqꝫ in eo/quod est quid pręๆdicanť, sunt autem hęc/ quemadmodum Aristoteles in topicis refert/quādo aut idē de seipso/aut genus de subiecto dicť, sed latius hoc in loco in quid pręๆdicari accepit, nam quęcunqꝫ substantiam siue essentiam cuiuspiam constituunt/vt definitio/ genus/aut differētia/omnia ea in quid pręๆdicari voluit. Excerpenda ergo quęcunqꝫ talia/ꝛ quęcunqꝫ propria, ꝛ quęcūqꝫ vt accidentia dicuntur, ꝛ ex his omnibus/quęcunqꝫ ex opinione nouas asserentium positiones, ꝛ quęcunqꝫ ſm rei ipsius veritatem, nam quanto plura habebimus talia ad quęsitum/tanto citius conclusionem assequemur/quanto autem veriora magisqꝫ substantialia ac propria/efficaciorem faciemus demonstrationem. [Verum oportet eligere.] Oportet inquit quoniam demonstratio ac syllogismus omnis ex propositionibus constituitur vniuersalibus, quo facilius propositum assequi possimus, ea eligere/quę vniuersaliter sequuntur ac pręๆdicantur de subiecto, ꝛ ob eandem causam non eligende etiam indefinite propositiones, quum enim propositio indefinita est ac sine pręๆdeterminatione/incertum atqꝫ ambiguum est/an vniuersalem reddat an particularem. ¶ Et ex hoc loco dixit Joannes Philoponus falsum esse/quod nonnulli perhibent/indefinitas propositiones si cum articulis proferantur vniuersalibus ęquiualere, si absqꝫ articulis ijs/quę sunt in parte, quum alioquin si vniuersalibus ęquiualerent propositionibus, quū signa ac pręๆdeterminationes vniuersalium discretis ac singularibus non liceat apponere, non enim dicimus/omnis Socrates iustus, sequeretur articulos id genus ꝓpositionibus applicari non posse, quod tamen falsum est. Dicimus enim ὁ Σωκράτης φιλόσοφός ἐστιν. Hic enī articulus ὁ significat/non ꝙ omnis Socrates Philosophus, hoc enim ab vsu est, sed potius relationeꝫ quandā in determinatum ac pręๆcognitum Socrateꝫ, aut aliquādo pręๆdicatum ſm essentiam subiecto inesse, veluti quuꝫ dicimus, ὁ ἄνθρωπος ζῷον, nil aliud volumus nisi ꝙ aīal ſm essentiam de homine pręๆdicatur, ꝛ addit hoc ex sententia fuisse pręๆceptoris sui ī libro περὶ ἑρμηνείας. Ego autem vt exactius etiam hęc possint intelligi, quę pręๆceptor suus Hermeas Ammonius in libro de īterpretatione dixit/in medium proferam, ait enim secto secundo, articulum aliquando ęquam facere propositioneꝫ vniuersali. Differre tamen articulum a signo vniuersali, quoniā articulus magis vnioneꝫ significat, vnde plerunqꝫ ꝛ singularibus ꝛ monadicis articulum addere consueuimus, ὁ ἥλιος, ꝛ ὁ Σωκράτης dicētes. Hęc secto secūdo. Secto autem quinto adhuc planius inquiens/vbicunqꝫ pręๆdicatum omni insit subiecto/ibi in consuetudine esse/vt articulum addamus, vbi autem non omni/ibi minime, differt tamen articulus a signo vniuersali, quoniam signuꝫ multitudinem notat eorum/quę sub subiecto sunt, singularis ꝟo articulus vnam e multitudine prouenienteꝫ naturam, pluralis ꝟo articulus ꝛ ipse aliquando vniuersali ęquiualet, idem enīꝫ est dicere οἱ ἄνθρωποι θνητοί. ꝛ omnes homines mortales, aliquando autem solam multitudinem significat, vt quum dicimus οἱ Ἀθηναῖοι ἔμφρονες, quapropter inquit/si propositio aliqua cum articulo proferatur, non ab re tamen erit ꝛ signū vniuersale aliqđ addere, quēadmodū ꝛ Homericus Juppiter in Beta iliados optime significauit. Hęc ille ꝛ cōplura alia. ¶ Hoc ēt Nicephorus in primo introductorij compēdij inuit inquiens eas proprię idefinitas vocitari, quę sine signo vniuersali atqꝫ articulo ꝓferunť, non tamē verū esse/ꝙ solū significet pręๆdicatū inesse omnibus subiecti gradibus, nāqꝫ aliqđ significat ꝛ essentialem pręๆdicati

Dictū Joannis grāmatici.

De ꝓpōnibus idefinitisque cū articulis ꝛ sine ꝓferunť.

Nota de articulis de mēte Ammonij.

Quę sit dr̄ia inter articulū ꝛ signū, vic.

Nicephorꝰ s ꝓpōne idefinitā.

ad subiectum habitudinẽ/aliquando τ ἀντωνομασίαν aut excellentiam/vt ὁ ποιητής. Cȝ autem indefinite propositiones cum articulis aliquando vniuersalem reddãt, videtur innuere Aristoteles ad finem libri de interpretatione, neqȝ ob hoc tamen dixerim indefinitam cum articulo semper ęquiualere vniuersali, multa enim τ alia significat articulus, quemadmoduȝ optime in libro de cõstructione declarat Apollonius dyscolus, sed hęc grãmaticis ac literatoribus relinquãtur. Cȝ si latius forsitan digressi fuimus/q̃ oportebat, hoc fecimus nõ iniuria, nãqȝ τ apud maximos phos de hoc maxima extitit dubitatio sed hęc magis gręcis q̃ latinis vsu veniunt, nec solũ gręcis, sed etiã barbaris, nãqȝ τ hi τ iter hos presertim hebrei non mediocrẽ faciunt differentiã/si proferatur ppositio vna absolute sine determinatione/an cum determinatione, quã illi vocãt he cognitiõis, si eni signũ hoc addatur/ plerũqȝ propositio, quę antea erat indefinita particulari ęquiualens/vniuersali ęquipotens redditur, quod alicubi in libruȝ de interpretatione notauit Aluidus rosadis, sed de his alibi. Ad propositum iam redeamus.

Aristoteles q̃ indefinite cũ articulis equiualent q̃nqȝ vniuersalib⁹.

Articuli magis apud grecos τ barbaros q̃ latinos vsu veniunt.

Consimiliter autẽ eligenda/τ quę ipsum sequitur tota/ob dictam causam: ipsum ṽo cõsequens non assumẽdum totũ sequi: dico ãt veluti hoiem omne animal/aut musicã sciaȝ omnẽ: sed tñ simpliciter sequi/quẽadmodũ τ protẽdimus: nãqȝ inutile alterũ τ impossibile/veluti omnem hoiem esse omne aial/aut iustitiam omne bonũ: sed ex quo sequitur/in illo omni dicitur: sed quũ ab aliquo cõtineat subiectum: qð cõsequẽtia/oportet accipere: quę sequunt vlẽ vel non sequunt/non eligenda in his: sunt enim in illis accepta: quęcũqȝ enim animal/τ hominem sequunt/τ q̃cũqȝ non insunt/cõsimilr: quę ṽo circa vnũqðqȝ propria accipiendũ: sunt eniȝ quędaȝ speciei propria pręter genus: necesse nanqȝ diuersis speciebus propria quędaȝ inesse, neqȝ igitur vniuersali eligendũ/quę sequitur qð cõtinet/ vt animali quę sequitur homo: necesse enim si homine sequitur animal: τ hęc omnia sequi: cõuenientiora auteȝ hęc hois electionis.

Quemadmodum inquit eligimus/quę totum sequunt subiectum/ita etiam antecedentia vniuersaliter subiectũ excerpenda sunt. [Ipsum ṽo consequens.] hoc est ipsuȝ prę-dicatum non debemus proferre cum signo vniuersali/puta dicẽtes/homo est omne animal/vt/omnis homo est omne animal, τ de reliquis consimiliter, sed simpliciter τ absqȝ signo vniuersali huiusce modi termini proponendi, quẽadmodũ protendere ac proponere in syllis cõsueuimus, aliter nãqȝ proponẽtes τ inutileȝ τ impossibilem rem facimus, veruȝ si cum vniuersali determinatione aliquid proponendum est, illud debet esse subiectum ex quo pdicatum sequitur, nãqȝ recte dicimus omnẽ hominẽ animal esse, non autem hominẽ esse omne aial/aut omne risibile/aut deniqȝ omneȝ hoiem, hęc enim declarata sunt in libro de interpretatione sectio secundo, vbi τ Hermeas Ammonius rationem assignauit, cur signum vniuersale pręd icato commode non possimus addere. Nos ṽo aliaȝ dicimus, nãqȝ veluti plerũqȝ etiã diximus

Ammoni⁹ in libro de interpretatione q̃ signũ vlẽ nõ addat pdicato rõnẽ dedit.

pręd icatum formẽ, subiectum autem materię rationem habet, τ propterea quęcũqȝ signa materiam significant/ subiecto, quęcũqȝ formam/pręd icato rectius adijciunt, quum itaqȝ pręd eterminationes iste/omnis/nullus aliquis ac non ois/quantitatem ac materiam notant, nõ immerito ad subiectum ponuntur, quemadmodum modi ac negationes omnes rectius pręd icato adiacent tanquã formam significantes. Cȝ si Aristoteles animam entelechiam quandam dicit, τ Plato rhetoricam experientiaȝ quandam, hoc factum fuit, ne quispiaȝ male existimaret propositiones istas pręd icatione conuerti/vt omnis entelechia anima esset, τ omnis experientia rhetorica, q̃ ṽo in contextu dicit inutile alteruȝ τ impossibile sic exponẽdum, inutile quidem quum signum vniuersale negatiuũ pręd icato adijcimus, puta nullus homo/nullus lapis, signum nãqȝ illud ad pręd icatum nil penitus facit, impossibile ṽo/quum pręd eterminationem affirmatiuam vniuersalem pręd icato apponimus, vt ois homo est oẽ aial. [Sed quum ab aliquo.] quando inquit sit aliquis propositus terminus, hoc enim vocat subiectuȝ non q̃ reuera sit problematis subiectum, sed quoniam in hac electiõe subiectum efficitur, quando inquam propositum terminũ consequentia volumus accipere, non debemus eligere/ quęcũqȝ sequuntur vniuersalem τ continentem terminũ sunt enim potentia accepta in pręd icato propterea q̃ q̃cunqȝ de superiori pdicant/de inferiori etiã dicent, sed ea nñ excerpenda quę speciei propria sunt nec de genere pręd icant, sunt eniȝ quędã talia/quãdoquidẽ diuersis speciebus diuersa insunt propria, puta in exemplo si eligenda sint, quę hoiem sequuntur, non debemus eligere quę sequant aut repugnant animali, dum enim aial eligimus τ ipsum cõsequentia eligimus, puta animatũ/corp⁹ substantiam, hęc nãqȝ in potentia ab animali cõprehenduntur, non igitur hęc eligenda, sed magis quęcũqȝ hoi aut repugnãt aut cõsequunt, puta rationale/irrationale/ risibile/hinnibile, hęc eniȝ homini quodãmodo propria sunt. [Neqȝ igitur vli.] sensus est/quũ electionẽ facimus τ eligimus quę terminus subiectus ab aliquo contentus sequit/nõ debemus vti vli continentia τ accipere huius antecedentia, puta in exemplo sit terminus positus homo. continet autem hunc animal/τ sequitur ipsum, quaȝ eligimus antecedentia hominis non debemus accipere animal dicẽtes/q̃ τ hoc.i. animal sequitur hominẽ antecedentia, hoc enim potentia positum fuit, nam qðcunqȝ sequitur hoiem τ antecedentia hominem sequitur, quare si animal sequit hoiem/nimirum τ antecedẽtia hominẽ sequet. Uel aliter inquit Alexander τ huic sententię astipulatur etiaȝ Philoponus, quãdo volumus accipere antecedentia alicuius vniuersalis, non debemus assumere ea/quę antecedant antecedẽtia, sed quę imediate antecedunt ipsum vniuersale, puta si eligenda sint antecedẽtia animal/nõ debemus eligere antecedẽtia hoieȝ, quęcũqȝ enim hoiem antecedunt τ animal, veluti si grãmaticum hoiem antecedit/nimirum τ animal ipsum antecedet, q̃ si antecedẽtia hoiem eligeremus/non ad animalis sȝ ad hois magis spectarent electionẽ, τ hic quidem sensus est. Contextus ṽo series ob nimiaȝ breuitatẽ obscuriuscula fuit. debemus aũt hũc in modũ dirigere, neqȝ in vniuersali eligendo opus est ea eligere, quę sequit illud qð cõtinetur, hoc est quę antecedunt ipsuȝ antecedẽs, quẽadmodũ in aiali eligẽdo/nõ quę antecedũt hoieȝ, sed quę imediate antecedũt aial, nãqȝ si aial pdicatur de hoie τ de oibus ab homine contentus pdicabitur, nec solũ contextus nr̃ hãc retinet difficultatẽ, sed τ gręcus idẽ negociũ facessit. οὐδ' ἐδ' ἡ τῶ ὅλῳ ἐκλεκτέον, ὅσ' ἕπεται τὸ περὶ

Nota alij rõnẽ de codeȝ.

Quid p subȝ itelligẽdũ sit. Nota diff cũ tẽt' huius τ cũ τ litere.

χόμενον, οἷον ζῶον οἷς ἕπεται ἄνθρωπος. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἀνθρώπῳ ἀκολουθεῖ τὸ ζῶον, καὶ τούτοις ἅπασιν ἀκολουθεῖν. ⁊ reliqua.

¶ Assumēda vo ⁊ que vtplurimū sequunt: ⁊ que sequit. Problematū nāqꝫ vtplurimū ⁊ sylls ex ꝓpōnibus vt plurimuꝫ aut oibus: aut aliquibus: similis nāqꝫ vniuscuiusqꝫ conclusio principijs. Amplius que oia sequunt nō eligendū: nō enī erit ex ipsis sylls: ob quaꝫ aūt cām in sequētibus erit manifestū.

¶ Qm̄ ars hec inueniēdi mediū nō solū demōstrationib⁹ accōmodat, sed ⁊ dialecticis ac rhetoricis rōcinijs, inter que sunt quedā problemata στοχαστικά hoc est coniecturabilia, ppterea iquit si ꝯclusio ⁊ problema vtplurimuꝫ fuerit, debemus ⁊ ꝓpōnes vtplurimū accipere, qm̄ quēadmodū ⁊ supra retulim⁹, necesse est ꝯclones aut vtrisqꝫ aut alteri saltē ꝓpōnū similē esse. Hinc etiā cām aucupari possum⁹, ob quā neqꝫ in topicis neqꝫ in elēchis sophisticis modū tradidit inueniēdi mediū, quecūqꝫ enim ad oēm cōstituēdū facerēt syllm simplr hoc in loco cōplexus est. [Amplius que oia.] non debemus eligere que sequant vtrūqꝫ terminū subm inquā ac predicatū problematis, qm̄ ex ipsis nō cōstituit sylls, que vo sit cā paulo īfra declarabit, qm̄ ex vtrisqꝫ affirmatiuis in scda nō erigit vtilis cōplicatio. ¶ Dubitat autē hoc in loco Joannes Philoponus inquiens supfluum extitisse hec adduxisse modū faciēdi vnicā cōiugationē inutilē, quū enim, quēadmodū infra planū erit, tres sint modi constituēdi cōplicationes inutiles, aut d nullo, aut de oibus mētio hic faciēda fuit. ¶ Rñdemus ad hoc nō id in hoc loco dicere Phm, qd inferius repetit, infra enim cōius ac lati⁹ ait ex ꝯsequentibus vtrūqꝫ nullā fieri coniugationē syllogisticā, siue ea cōissima sint, siue minus cōia, hic autē pressius inquit non esse eligenda, que cōissima sunt, ⁊ de oib⁹ predicantur, qm̄ ex his nō potest fieri cōplicatio nisi ex ambabus affirmatiuis in secunda figura, que penitus est inutilis, quēadmodum infra elucidabitur.

Problemata coniecturabilia.

Quare in topicis ⁊ elenchis nō tradidit artem inueniēdi mediū.

Dub⁹ Philoponi.

Solo eiusdē

¶ Construere igit volētibus de aliquo toto: aspiciendū qdē in subiecta eius, qd cōstruit: de quibus ipsuꝫ dicit: de quo aūt oportet pdicari, quecūqꝫ hoc sequunt: si nanqꝫ horuꝫ aliquid idem fuerit: necesse est alterum alteri inesse. Si vo non qd omni, sed ꝙ alicui, que sequtur vtrūqꝫ: si enī hoꝝ aliqd idem, necesse alicui inesse. Ceterū quū nulli oporteat iesse, cui nō est opus iesse, ad sequētia: qd autē opꝫ nō inesse, in que nō contingunt ipsi inesse, aut ecōuerso: cui quidē opꝫ nō inesse, que nō contingunt ipsi inesse: qd aūt nō inesse, in ꝯsequētia: quū enī hec vtralibet eadeꝫ fuerint, nulli cōtingit alteri alterū inesse: fit enī qñqꝫ qdeꝫ in pria figura sylls, qñqꝫ aūt qui in media. Qz si alicui nō inesse, cui opꝫ nō inesse, que sequitur: qd aūt non inesse, que non pñt ipsi inesse: si enī hoꝝ aliqd idē sit, necesse alicui non inesse. Sed magis fortasse sic erit vnūqdqꝫ dictoꝝ manifestū. Sint eniꝫ cōsequentia a, in qbus b, que vo ipsum seqtur, in qbus c, que autem non contingūt ipsi inesse, in quibus d. Rursus ipsi e, inexistētia, in quibus f, que vo ipsum sequitur, in quibus g. que autem non contingunt ipsi inesse, in quibus h.

¶ Hactenus exposuit latius quonā pacto ꝓpōnes eligende sint, nūc ea que superius cōiter prolata sunt vnicuiqꝫ problematū accōmodat, erūt aūt quēadmodū supra etiā retulimus problemata qtuor, vle ac particulare affirmatiua, ⁊ negatiua cōsimilr. Primū itaqꝫ modū tradit inueniendi mediū ad vlem affirmatiuā cōcludendā ⁊ ait, ꝙ si animus exstiterit cōcludere de aliquo toto hoc est vleꝫ affirmatiuā, debemus aspicere subiecta ⁊ añtia id qd cōstruimus .i. predicati in ipso problemate, ꝯñtia vo id de quo opꝫ pdicari, hoc est ipsius subiecti, puta in exēplo, si velimus cōcludere oēꝫ hoieꝫ aiatū esse, accipiemus aial, qd antecedit ipsum aiatū, ⁊ cōsequit hoieꝫ. Qz si nō vleꝫ sed particularem affirmatiuā rōcinari mens fuerit, eligemus, que antecedūt vtrūqꝫ, ceu si velim⁹ cōcludere aliqd aiatū esse aial, eligemus hoiem, qui ⁊ aial ⁊ aiatū antecedit. ¶ Sed querit quū duo modi sint ad inueniendū medium, quo affirmatiuā cōcludamus in parte, cur de vno tm̄ hoc in loco mentionē fecerit. ¶ Rñdemus hoc ideo factū fuisse, qm̄ ex isto ⁊ alius modus planior efficiebat, quū tn̄ aliorum inspectio illa altera nō ita sit ad ꝓpositum accōmodata, quēadmodū hec, de ea tn̄ infra sermonem faciet, vbi exactius cōplicationes ⁊ cōsiderationes istas exponet. [Ceterū quū nulli.] si vo inquit velimus vlem negatiuā ꝯcludere, debemus inspicere ad sequētia subꝫ, cui est opus nō inesse pdicatū, ⁊ ad repugnātia pdicatuꝫ, qd est illud, qd opꝫ nō inesse subto in questio, aut ecōuerso, que nō ꝯtingunt inesse subto, cui opꝫ pdicatū in qsito nō inesse, ipsuꝫ vo pdicatū ꝯsequētia, qd pdicatū in qsito ac ꝯclone volumus non inesse subto. Fm enī has vtrasqꝫ inspectiones cōcludit negatiua vlr, ex ꝯsequentib⁹ subm ⁊ repugnātibus predicato in pma, cōuersa aūt ispectiōe in scdo scde seu medie figure. Qz si negatiuā in parte concludere intendamus, añtia subm ⁊ repugnātia predicato erūt aiaduertenda, hoc enī est, qd voluit dum inquit, cui opꝫ nō inesse que sequit, qd aūt nō iesse, que nō pñt ipsi inesse, puta in exēplo sit ꝯcludēdū, aliqd albū nō est hō, accipiemus cygnū, aut niuem, aut aliqd tale, qd añcedat albū ⁊ repugnet homini. [Sed magis fortasse.] fortasse inquit planiora ac manifestiora essent que dicimus, si p figurā ac descriptionē elementoꝝ, qd volumus explicarem⁹, nos aūt ⁊ notiores terminos in mediū afferemus, sit itaqꝫ quesitū monstrandū a, e, ⁊ a, sit pdicatū, bonuꝫ e, subm, voluptas, proponat igit in questionē, aliqñ ꝙ ois voluptas est bonū, aliqñ ꝙ nulla, aliqñ ꝙ aliq, nōnunqꝫ aliquā voluptatē nō esse bonū, deinde cōsequētia a, pdicatū, sint b, mā ꝯñtia bonū erunt, vtile, cōferens, appetibile, cōueniēs, ⁊ silia. hec enī vliter de bono predicant, que vo ipsum sequit, hoc est añtia a, sint c, felicitas, perfectio, opatio fm virtutē. Repugnātia vo ipsi a, sint d, fugiendum, malū, inutile, imperfectū, turpe, ⁊ consimilia. Rursus ꝯsequentia e, voluptatez sint f, motus perfectus, operatio fm naturā, appetibile, eligibile. Que vo ipsum sequitur ⁊ antecedentia sint g, sanitas, fecundia, bona fortuna, opatio fm virtutē, ⁊ cōsimilia. Que aūt non cōtingūt ipsi inesse ⁊ repugnantia sint h, egritudo, labor, tristicia, timor ⁊ reliqua, verū quo facilius hec memorie mandentur sunt a moderniorībus distichum hoc compositum.

Predicat a, b, sequens c, precedit d, sit extra.
E, subit f, sequitur g, precedit h, sit extra.
Qd qualecūqꝫ existat, rē tn̄ ac ꝓpositum breuib⁹ colligit.

Regula ad mediū inueniēdū quo construitur vlis affirmatiua.

Regla ꝯcludendi pticularem affirmatiuam.

Dubiū de particulari affirmatiua.
Solutio.

Regule due ꝯcludēdi vniuersalem negatiuam.

Regula ꝯc'udēdi pticularē negatiuā.

Que sint ꝯsequētia: añtia ⁊ repugnātia predicato.

Que sint ꝯsequētia: añtia: ⁊ repugnātia subiecto.

¶ Si itaqȝ aliquid corū/quę c/idē erit alicui eorum/quę f/necesse est a/omni e/inesse: nāqȝ f/omni c,a/v̄o omni c/quare a/omni c/. Et si c/ ꝛ g/idem/necesse a/inesse alicui coꝝ/quę e/ nāqȝ a/ipsi c,e/autē sequitur omne/g. Si v̄o f/ ꝛ d/idē/nulli coꝝ/quę e/a/inerit ex ꝓsyllo: qm̄ eni cōuertit priuatiuū ꝛ f/ipsi d/idē/nulli coꝝ/quę f/inerit a/f/autē oi/e. ¶Rursus si b/ ꝛ b/idē/nulli coꝝ/quę e/ierit a/naȝ b/omni/a: nulli v̄o inerit corū/in qbus e/idē nanqȝ ex ar

Cōsequen- B tia bonum.

Utile.
eligibile.
prosequendū.
familiare.
cōpendiosū.
conferens.
appetibile.

ꝭ Cōsequētia voluptatem.

Placitum.
non laboriosū
non triste.
non timorosū.
vita sine ipedimento.
appetibile ꝭm naturam.
imperturbabile.
eligibile.
motus lenis.



Repugnātia D bono.

Fugiendum.
nocens.
malum.
nō cōferens.
dispendiosum.
alienum.
damnosum.
inutile.
imperfectum.
turpe.

D Repugnātia voluptati.

Egritudo.
labor.
tristitia.
timor.
indigentia preter naturā.

Antecedētia C boni.

Felicitas.
bona habitudo
sanitas
virtutes ꝭm nāȝ.
perfectus cuius gratia.
vita ꝭm virtutē

H Antecedentia voluptatis.

Sanitas.
abundantia.
bona gloria.
bona ppagatio ꝭm virtutē operatio.
tranquillitas.

ipsi b,b autem nulli eorum que e inerat. Quod si d, ⁊ g idem a alicui eorumque e non inerit. ipsi namqʒ g non inerit: quoniam neqʒ ipsi d,g autem est sub e quare alicui eorum que e nō inerit: si ꝟo ipsi g b idem conuersus fit syllogismus: g namqʒ inerit omni a,b enim omni a e ꝟo ipsi b nam idem erat ipsi g,a autē omni quidem e nō necesse inesse: alicui ꝟo necesse eo ꝙ que ƒm partē cū vli p̄dicatione conuertitur. Planum itaqʒ ꝙ ad predicta inspiciendum vtriusqʒ ƒm vnumquodqʒ problema: per hec enim omnes syllogismi.

Diuisio oiūʒ copulationū.

⁋ Posteaꝙ explicauit elementa significantia vnumquodqʒ eorum, que ad syllogismi constitutionem faciebant, vult impresentia coniugationes ipsas iam exponere, sed quo facilius que dicuntur intelligi possint, prius latius diuisionem complicationum istarum faciemus. ⁋ Namqʒ cōiugatio omnis aut constituetur ex consequentibꝰ vtrūqʒ aut ex repugnantibus vtriqʒ aut antecedentibus vtrūqʒ aut antecedentibus vnum ⁊ consequentibus alterum, ⁊ hoc bifariam aut antecedentibus predicatum ⁊ consequentibus subiectum, aut econuerso. Uel rursus ex antecedentibus vnum ⁊ repugnātibus alteri, ⁊ aut consequētibus vnum ⁊ repugnantibus alteri, ⁊ hec bifariam, aut antecedentibus seu consequentibus predicatum ⁊ repugnantibus subiecto aut retrouersum. Ex vtrunqʒ igitur consequentibus non erigitur vtilis coniugatio neqʒ ex vtriqʒ repugnantibus neqʒ ex antecedentibus predicatum ⁊ repugnantibus subiecto, relique ꝟo omnes complicationes antecedentium consequentium ac repugnātium syllogismum faciunt, namqʒ si aliquis idem terminus fuerit antecedens predicatum ⁊ consequens subiectum vtilis erit pro medio ad vniuersalem affirmatiuaʒ concludendam, puta in exemplo sit terminus iste, appetibile ƒm naturam, antecedens bonum predicatum que sit ⁊ consequens voluptatem subiectum, tunc per hoc medium poterimus concludere omnem voluptatez esse bonam hunc in modum, omne appetibile ƒm naturam est bonum, omnis voluptas appetibilis ƒm naturaʒ, omnis igitur voluptas bonum, ⁊ hoc est quod voluit quum dixit, si itaqʒ aliquid eorum que c idem erit alicui eorū que f necesse est a omni e inesse. ⌊ Ut si c ⁊ g. ⌋ hoc est si antecedentia vtrūqʒ predicatum inquam ac subiectū in vnū coierint concludemus affirmatiuam in parte in tertia figura ⁊ mox etiam in prima per conuersionē alterutrius, puta sit sanitas, tunc ratiocinabimur hunc in modū, omnis sanitas bonum, omnis sanitas voluptas, aliqua voluptas bonum, deinde alterutra conuersa ⁊ in prima syllogismum constituemus. ⌊ Si ꝟo f ⁊ d. ⌋ si inquit consequētia subiectum ⁊ repugnantia predicato in vnum deuenerint vniuersalem concludemus negatiuam hunc in modum nullum d est a omne f est d nullum f est a deinde sic, nullum f est a omne e f nullum e a, vbi scias ꝙ concludimus nullum e a conclusionem quesitam prius premisso prosyllogismo, nam prosyllogismus veluti ⁊ supra retulimus nuncupatur syllogismus allatus ad monstrandam aliquā propositionem p̄ncipalis syllogismi. ⁋ Sed

Dubium Philoponi

dubitat Philoponus quum idem possimus facere in reliquis omnibus, cur Aristoteles de hoc tm̄ fecit mentionem in vniuersali negatiua, quia ⁊ in vniuersali affirmatiua hoc idem facere possimus puta omne g est a omne

Solo eiusdē

f c oē f a deinde oē f a oē e f oē e a. ⁋ Fortasse inquit ipse hoc dixit innuens quodammodo ita etiam in reliquis faciēdū esse. ⁋ Ego autez aliter dixerim, ex prosyllogismo intelligendum esse per conuersionem, namqʒ primo fit syllogismus in prima secunde complicatione, deinde facta maioris conuersione ad primam reuocatur, ⁊ ita concludatur vniuersalis negatiua in prima figura ex prosyllogismo, hoc est prius facto syllogismo in secunda, quod

Rñ̄ auth.

hoc ita intelligendum sit, ipse innuit quum dixit, quoniā enim conuertatur priuatiuum ⁊ f ipsi d idem ⁊ que sequūtur, bifariam autem concludimus vniuersalem negatiuā non enim solo supradicto modo, sed etiam ex consequentibus predicatum ⁊ repugnātibus subiecto, ⁊ hoc est qd̄ voluit, vnum inquit, rursus si h ⁊ h idem, nulli eorum que e inerit a, ⁊ reliqua, ponamus exempla, ex repugnantibꝰ predicato ⁊ consequentibus subiectum, sit puta turpe cōsequens voluptatem ⁊ repugnās bono, ⁊ arguamus hūc in modum, nullum bonum turpe. omnis voluptas turpe nulla voluptas bonum, ex consequentibus ꝟo predicatum ⁊ repugnantibus subiecto in secundo secūde hoc pacto, sit laboriosum quod sequitur bonum ⁊ repugnet voluptati, ita ratiocinabimur, omne bonum laboriosuʒ nulla voluptas laboriosum, nulla voluptas bonum. ⌊ ꝙ si d ⁊ g. ⌋ hoc est si antecedentia subiectum ⁊ repugnantia predicato in vnum coierint, concludemus negatiuaʒ in parte hunc in modum. sit adulterium, quod bono repugnet ⁊ antecedat voluptatem, arguemus ita in primo tertie. nullum adulterium bonum. omne adulteriuʒ voluptas. aliqua voluptas non est bonum, deinde minore conuersa in prime quarto, vtrisqʒ autem in secunde tertio. Quod si queras quonam pacto in quarto secunde conclusionem facturi medium inueniemus. Dicimus modum illuʒ cōcludi facta inspectione ad consequentia predicatum ⁊ repugnantia subiecto non in toto sed ƒm partem, qualiter inspiciebamus etiam ad concludendam vniuersalez negatiuam in secundo secunde, ⁊ consimiliter ad propositionem de quinto tertie dicendū erit. ⌊ Si ꝟo ipsi g,b, idē. ⌋ si ꝟo inquit antecedentia subiectum ⁊ consequentia predicatum in vnuʒ conciderint affirmatiuā concludemus in parte, non directe tamen, ⁊ ƒm naturam sed conuerso syllogismo ac ƒm artem, vbi scias ꝙ ƒm modum istum efficitur vnus ex iis syllogismis, quos nonnulli vocabāt refractos, puta sit medius terminus, tranquillum antecedens voluptatem ⁊ consequens bonū, ita arguemus, omne bonum tranquillum, omne tranquilluʒ voluptas, aliqua voluptas bonum, maiore namqʒ transposita cum cōclusionis cōuersione fiet tertius prime hoc pacto. omne tranquillum voluptas. omne bonuʒ tranquillum. omne bonum voluptas, ergo ⁊ aliqua voluptas bonum, hoc est igitur quod voluit, dum inquit, si ꝟo ipsi g,b, idem conuersus fit syllogismus.

Syllo refractus q̄ ƒm artem cōcludit ⁊ nō ƒʒ naʒ.

⁋ Uerum oportet ⁊ cōsequentium ⁊ que cōsequitur vtrūqʒ ad prima ⁊ vlia maxime inspicere vt ipsius e magis ad k f q̄ʒ ad f solū: ipsius autē a ad k c q̄ʒ ad c solū: si enim a iest k f ⁊ f ⁊ e inerit: ꝙ si nō sequit̄ ex hoc accidit ipsuʒ f seq: cōsimiliter autē ⁊ in q̄bus ipsum sequitur cōsiderandū: si enim prima ⁊ q̄ sub illa seq̄t: ꝙ si nō hec: sed q̄ sub hec accidit.

⁋ Oportet inquit in antecedentibus ⁊ cōsequentibus nō inuestigare ea, que immediate sunt consequētia, aut que vltima antecedentia sunt, sed maxime vniuersalia eligenda sunt, sic enim plures ꝓpōnes ac plura media ad vnā ⁊ eandē habebimus cōclusionem, puta in exemplo, sit e,

ſubm hō, qō cōſequētia ingrenda ſint, nō debemus accipere proxime conſequens vt f/animal ſolum, ſed magis vniuerſalius, quod hoc cōtineat vt k/f/puta animatū/aut corpus. Conſimiliter ſi e/pdicatū puta ſubeʒ antecedētia ſint inquirenda, non debemus ſolum accipere c/puta rationale aut riſibile, ſed magis vniuerſalia puta/corp⁹/aut animatum, quanto enim vniuerſaliora eligemus tanto plura media habebimus ad vnā ⁊ eandem concluſionē, nāqʒ ſi e/puta ſubſtātia inerit/k, f/hoc eſt ija/quę f/cōtinent inerit etiam ⁊ f/⁊ e/ideſt ſi ineſt corpori/qō cōtinet animal/inerit ipſi quoqʒ animali, quod cōtinet hominē. [Et ſi non ſequitur ex hoc.] hoc eſt ſi a/non ſequitur k, f/nil tamē prohibet/quin ſequi poſſit f/veluti in exemplo, ſi animatū non ſequitur ſubſtantiaʒ/nil vetat/quin ſequi poſſit animal. Conſimiliter ⁊ in antecedentibus dicendū eſt, ſi enī animatū antecedit ſubſtantiā/mirū ⁊ aial antecedet, ſi ꝟo aiatum nō antecederet ſenſibile, nil ꝓhiberet quin animal antecedens ipſius animatū/antecederet ſenſibile. ¶ Dubitaret autē aliquis/quō hęc ſupra expoſitis conſonent, ſupra nāqʒ dixerat nō eſſe accipienda/q̄ ſequerenſ cōſequentia/qm̄ in cōſequētibus comprehendebanſ, hic aūt fere totum oppoſitū dicit. ¶ Ad hoc reſpondent nōnulli/ſupra Phm tradidiſſe artem/quō abſolute cōſequentia eligere poſſemus, nunc autē quō nō abſolute cōſequentia, ſed qualiter conſequentia ſubiectum ⁊ antecedentia pdicatum. ¶ Aliter ⁊ melius vt cenſeo Alexander, cui etiam aſſentitur Philoponus, ſupra inqt modū electionis tradidit/nūc quę ſint inter multa eligēda docet inquiens ſemper vniuerſaliora eligenda eſſe, ꝓpterea q̄ monſtrantes de vniuerſalioribus/mōſtrabim⁹ ⁊ de particularioribus. ¶ Aliter ⁊ adhuc melius inqt Leui Gerſonis volens Philoſophū hoc in loco innuere modū eligendi vniuerſale, de quo in primo etiā poſteriorū mentionē fecit, tamen ſi volumus demonſtrare habere tres/nō debemus demōſtrare per dfinitionē ęquicruris aut gradati/ſed per definitionē trianguli, ſi enim de triāgulo fuerit demonſtratū, planum ⁊ de ęquicrure erit, nō autē retrouerſum, ſupra autē nō hoc/ſed aliud itēdebat.

Dubiū de 3 dictiōe dictorum Phi.

Solō q̄rūdā

Solō ppria ex Alexādro. ⁊ Philopo.

Solutio Leui Gerſonis.

¶ Palā ꝟo ⁊ q̄ per tres terminos ac binas propoſitiones cōſideratio: ⁊ p p̄dictas figuras ſylli oēs: mōſtranſ nāqʒ a/ineſſe oi e/qñ eorum quę c/⁊ f/ideʒ aliqd acceptū fuerit: hoc aūt erit mediū: extrema ꝟo a/⁊ e/fit itaqʒ prima figura. Sʒ alicui qñ c/⁊ g/ſumptū ſit: hęc aūt vltima figura: mediū eniʒ fit g. Nulli ꝟo quādo d/⁊ f/idem: ſic autē ⁊ prima figura ⁊ media: prima q̄ a/ineſt nulli f/ſi qdem cōuertitur priuatiuum f/autē oi e/media ꝟo qm̄ d/nulli a, e/autem omni ineſt. Uerum alicui nō ineſſe: quando d/⁊ g/idem ſit: hoc autem vltima figura: a/nāqʒ nulli g/inerit: e/ꝟo omni/g.

¶ Uult Ariſtoteles per ea quoqʒ/quę hoc in ſecūdo ſecto mōſtrata ſunt planum facere omnē ſyllogiſmū ac ratiocinationem conſtare ex tribus terminis ac binis ꝓpōnibus, ⁊ per pdictas effici figuras. Si enī electiones antecedentium ac conſequentium recte propoſitę ſunt, profecto manifeſtum erit/qō dicitur, quęſitū nāqʒ duas habet extremitates, quę cū vno medio termino duas faciunt ꝓpoſitiones ⁊ terminos tres, qui inter ſe ad colligendaʒ aliquā cōplicitā cōcluſionē vnā ex tribus neceſſario figurā cōſtituūt, puta in exēplo, ſi voluerimus vniuerſaliter negatiuam cōcludere, extremitates accipiemus a/⁊ e/ocludemus terminum aliud, qui antecedat pdicatū ⁊ ſequatur ſubiectū/vt c/f/cū quo ⁊ extremitatibus a/e/primā erigimus figurā hūc in modū, omne e/f/eſt a/omne e/eſt c/f/ꝗ omne e/eſt a. idem autem eſt dicere e/f/ac ſi e/m̄ aut f/m̄ diceremus, ſuppoſuimus nāqʒ hos ambos idem eē. Conſimiliter ſi animus fuerit cōcludere affirmatiuā in parte accipiemus antecedentia vtrūqʒ tam ſubiectū q̄ pdicatū, ⁊ ita cōſtituemus ſyllogiſmum in tertia figura, ſic. omne e/g/ſeu omne g/m̄ eſt a/oē g/e/igitur aliquod e/a. Et ſi voluerimus vlem negatiuā cōcludere/accipiemus repugnantia pdicato ⁊ cōſequentia ſubiectum ⁊ ita faciem⁹ ſyllogiſmum in prima vel ſecunda figura, in prima facta maioris conuerſione hunc in modū. nullū f/eſt a/magis nāqʒ cōſentaneū extiterat/vt diceremus, nullū a/eſt f/nā d/qō idem eſt ipſi f/imediatius remouenſ ab a/q̄ ecōuerſo, eſt eniʒ ipſi repugnās, dicamus itaqʒ per cōuerſionē, nullū f/eſt a, oē e/f/nullū e/a. In ſecūda ſic. nullū a/d/oē e/d/nullum e/a/nec mirum cuiq̄ ſit/q̄ in vna harum complicationum aſſumamus f/medium terminum. in alia d, quam enim hęc eadem ſint, variatio hęc ſit, quoniā ⁊ figurę varianſ. Sin autem negatiuam in parte aliene fuerit concludere, accipiemus repugnantia pdicato ⁊ ſubiectum antecedentia, ſic enim tertia efficitur figura, nullum g/a/omne g/e/aliquod e/non eſt/a.

¶ Planū itaqʒ q̄ per pdictas figuras ſylli oēs: ⁊ q̄ non eligenda quęcūqʒ oia ſequunſ eo q̄ nullus ex ipſis fit ſylls: cōſtruere nāqʒ penitus nō erat ex ſequētib⁹: priuare aūt non cōtingit per id qō oia ſequiſ: opʒ enim huic quidē ineſſe: illi ꝟo nō ineſſe. Sed ⁊ manifeſtū q̄ alie cōſiderationes eoꝝ/quę ſunt/ſʒ electiones/inutiles ſunt ad faciēdū ſyllm: quēadmodū ſi cōſequentia vtrūqʒ eadeʒ ſunt, aut ſi quę ſeqtur a/⁊ q̄ nō cōtingūt ipſi e/aut quotcūqʒ rurſus non accidit vtriqʒ ineſſe: nō eniʒ efficitur ſylls per hęc: nāqʒ ſi ꝯñtię eadeʒ/vt b/⁊ f/fit media figura p̄dicatiuas habēs ꝓpoſitiones: ſin autē quę ſequiſ a/⁊ quę non contingūt ipſi e/vt c/⁊ b/prima figura priuatiuā habēs ꝓpoſitionē/quę ad minus extremuʒ: ſi ꝟo quotcūqʒ nō ꝯtingūt vtriqʒ, vt d/⁊ b/priuatiue ambe ꝓpoſitiones: aut in prima aut in media figura: ſic aūt nullo modo ſyllogiſm⁹.

¶ Hucuſqʒ modum inueniendi medium ac diſpoſitionē ſm̄ vnāquāqʒ figuram perſtrinxit, nūc expoſiturus quę ſint inutiles inſpectiones ad medium inueſtigandum, ⁊ inquit non eſſe eligenda quę omnia cōſequantur, propterea q̄ ex binis vniuerſaliter affirmatiuis in ſecunda vti ſupra enarrauimus/non erigitur vtilis cōplicatio, ſi eniʒ fieret/aut affirmatiuum concluderetur problema aut negatiuū, non affirmatiuū, qm̄ ex ſequentibus vtrūqʒ hoc eſt in ſecunda figura/nulla penitus concludebatur affirmatiua, neqʒ negatiuum, qm̄ ſi concluſio negatiua ad minus altera ꝓpoſitionum conſimilis eſt, ⁊ quemadmodū diximus non eſſe eligenda/quę ſimpliciter omnia cōſequunſ/vt eus ⁊ conſimilia, eodem pacto limitatius dicendū erit de ija, quę non conſequuntur abſolute omnia/ſed vtrunqʒ tm̄ hoc eſt ſubiectum ac pdicatum, puta ſi vellemus concludere omnem hominē animal eſſe/⁊ accipe-

remus animatū,hoc eni nō sequit̄ ois vnilr, sed tm̄ alal & hoiem/vel & pauca alia. Eodē pacto inutilis erit inspectio/si accipiamus antecedentia pr̨dicatum ac repugnātia subiecto,ex his enim sylls efficitur in prima cum minore negatiua,qui nullam nisi refracte & sm artem cōclusionē syllogistice colligit, puta omne c/b/a/nullum e/c/b/ex his enim propositionibus nil vi ratiocinij sequitur, nisi forsasse artificiose & non sm naturā diceremus hanc fieri conclusionem,aliquod a/non est e/verum non hoc intendebamus,sed cōuersum,q̄ si negatiua in parte terminis retrocedēt,posset & h̨c cōplicatio inter vtiles vtiqz cōnumerari. Eadē quoqz rōne ostendi pōt/nec etiam in scda figura posse fieri vtilē cōiugationem,si quis ita dicat posse syllogizari,nullū e/est c/b/aliqd a/est c/b/p cōuersionē vlis affirmatiue in particularē ex qbus colligit̄ in tertio scdç aliqd a/nō est e/qz ergo nō remeat particularis negatiua/nō possumus ꝯnē intentā ꝯcludere/quę est aliqd e/nō est a. Jtidē inutilis & nō syllogistica cōiugatio fiet,si vtrisqz repugnantia eligerem⁹,ppterea q̄ ex ambabus negatiuis in nullo ꝑnu⁹figura syllogisticū aliqd efficit̄,& ita habemus in sūma inspectiones oēs ad mediū inueniendū pertractatas/tā vtiles q̄ȝ inutiles,q̄s etiā moderniorū nōnulli igeniose admodū h̄ disticho cōpr̨hēdere.

Versus duo quibus vtiles cōiugationes ab inutilibus distinguūtur

Fecana/Cageti/Dafenes/Hebare Gedaco.
Gebali stant,sed non stant/Febas/Hedas/& Heca.

Ubi notes/q̄ a/in vltima syllaba vlez signat affirmatiuā.i/affirmatiuā in parte,e/vliter negatiuam o/i parte,in aliis vo syllabis ab vltima a/signat pr̨dicatuz e/subm, vnde quū dicit Fecana/significat,q̄ ex fe/hoc est ꝯsequētibus subm,nā f/consequentia subiectū significabat,& ca/antecedentibus pr̨dicatū,cōcluditur a/hoc est vlr affirmatiua,& ita reliquę oēs dictiones in his contente versibus exponēde erunt, quapropter Fecana/Cageti/Dafenes/Hebare/Gedaco & Gebali, he omnes inspectiones consistentes erunt/atqz vtiles. Febas vo Hedas & Heca nō consistent/neqz vtilem facient inspectionem.

℃ Sed manifestū & qualia eadē accipiēda/q̄ sm inspection[illegible] nō qualia diuersa aut ꝯria: primū quidē qm̄ ispectio mediȷ grā: mediuz vo nō diuersuz/sed idē opz accipere: postea & in quotcūqz accidit fieri syllm eo/q̄ fuere accepta ꝯria/aut nō ꝯtingētia eidē inesse/in p̄dictos oia reducent̄ modos/veluti si b/& f/cōtraria/aut non cōtingūt eidē iesse:erit eni his acceptis sylls/q̄ a/ꝯtingit iesse nulli eo℞/quę sunt e/sed nō ex ipsis/ve℞ ex pr̨dicto modo: nā b/a/quidem omni:e/ vo nulli inerit:quare necesse b/idem esse alicui.b.

Tacita obiectio

℃ Occurrit nūc tacite cuidā obiectioni,qm̄ eniz supra dictū fuerat ex supra relatis planū ac perspicuū esse syllm oēm ex tribus cōstare terminis,posset aliqs nō imerito dicere:nōne aliqū fit vtilis cōplicatio ad vlez negatiuaz cōcludēdā,si ꝯsequētia vtrūqz fuerint aut ꝯria aut disperata,& ꝯsimilr si añtia subm & ꝯsequētia pr̨dicatū eodez pacto se habuerint: ℃ Respōdet itaqz Phs iquiens inspectiones istas pęnitus inutiles esse, tū qz inspectiones inueniēdi mediȷ grā sunt,mediū aūt vnū est/& non plura quēadmodū esset si cōtraria acciperemus, tuz vo qm̄ si in inspectionibus istis aliqd est vtilitatis, illud ꝑculdubio ex supra enarratis ispectionibus ꝑuenit, naz si b/& f/cōtraria sunt/accidit ex ꝯsequētib⁹pr̨dicatū/& repugnantibus subto rōcinıuz fieri,hoc est b/& b/idē esse,aut f/& d/

Rñsio Phi in litera.

Rō sic ispectio de ꝯrijs.

puta in exēplo sit/quēadmodū inquit Philoponus b/nigrū a/ethiops f/album e/cygnus,poterimus ita rōcinari, ois ethiops niger/ois cygnus alb⁹/nullus cygnus ethiops, vel vt melius inquit Aluidus rosadis, si velimus monstrare pulchritudinē non esse finē hois/& ita faciam⁹,ois finis hois est bonus/ois pulchritudo est mala,nulla pulchritudo est finis hois,hoc eniz idem est/ac si diceremus ois finis hois est bonus/nulla pulchritudo est bona/nulla pulchritudo est finis hois.aut sic/nullus finis hois est malus/ois pulchritudo est mala/nulla pulchritudo est finis hominis. H̨c sunt quę in summa dicit Aristoteles.

℃ Uerū referēte Philopono ꝯtextus varius in varijs reperit̄ codicibus,nōnulli eni ꝯtextus ita se habent, sed manifestū & qualia eadē accipienda quę sm inspectionē & qualia diuersa aut cōtraria,alij dicūt & nō qualia diuersa aut ꝯtraria,si priore modo legat̄/sensus erit, qm̄ ex p̄dictis manifestū,quę eadē accipienda sint/manifestū ēt erit/quę diuersa aut contraria,ita q̄ sit tanq̄ȝ porisma ex supra dictis concludendū,si vo aliter & melius se habuerit cōtextus,sensus erit,manifestum nobis factū est ex p̄dictis/quę eadē accipiēda sm vnūqdqz ꝑblema & non q̄ diuersa aut ꝯria,non eni eligēda q̄ ꝯria aut diuersa, q̄q̄ melius ita se habeat ꝯtext⁹/planum ex consequentibus.

Nota diuersū esse ꝯtextum i varijs codicibus grecis.

℃ Rursus si b/& g/nō cōtingunt eidem inesse: q̄ a/nō inerit alicui eo℞/quę sunt e/sic etenim media erit figura:nā b/a/quidez omni : g/vo nulli inerit:quare necesse b/alicui eo℞/quę b/ idē esse:nāqz nō cōtingere b/& g/eidem iesse/ nihil differt/q̄ȝ/b/ idem esse alicui eorūqz/b/ oia eni accepta sunt nō ꝯtingētia inesse ipsi/e. Manifestū igit̄ q̄ ex his ipsis inspectionib⁹ nullus sylls. Nō si b/& f/contraria/necesse b/ idem esse alicui eorū/quę b/& syllogismū per h̨c fieri. Accidit itaqz ita speculantibus ispicere aliam viaz a necessaria propterea q̄ latet identitas eorum/quę b/& eorum quę/b.

℃ Posteaq̄ȝ monstrauit/quomodo ex inspectione contrariorū cōcludimus vniuersalē negatiuā,exponit nūc quō eadez inspectione possimus negatiuā quoqz in parte colligere,inquiens.si b/& g/hoc est cōsequētia pr̨dicatuz & antecedētia subm fuerint aut ꝯtraria/aut disperata,q̄ a/non inerit alicui e/idest negatiuaz cōcludemus in parte, naz b/inest omni a,nulli vo g,inest,quare in scda figura concluditur q̄ nullum g,est a,& quoniaz omne g,erat e/ facta conuersione & aliqd e/erit g,& ex cōsequēti aliquod e,non erit a,puta sit cōcludendum aliquē hoiem nō esse album sit a/albū,e/homo,b/disgregās visuz, g/ethiops, tunc ita ratiocinabimur in scda figura,omne album est disgregans visum,nullus ethiops est disgregans visum, hoc enim pro cōfesso acceptū est,quoniaz supponitur g, & b,aut cōtraria esse aut disperata,deinde cōcludit̄ in secunda,ergo nullus ethiops est albus,deinde qz ethiops antecedebat hoiem,faciamus ita,nullus ethiops albus, omnis ethiops homo,aliquis homo non est albū,vel ex conuersione minoris in pma figura,hoc est eni qd voluit Aristoteles quū dixit,sic ęteni media erit figura nā b/a, quidē omni.g/vo nulli inerit ita,omne a/b,nullum g/b, sic eni fit media fig⁹,q̄re necē est alicui eo℞ q̄ b,idē esse, b est ꝯria p̄dicatū alicui repugnanti subto, puta disgregās visū,qd ꝯseq̄t albū repugnat̄ alicui hoi, vt ethiopi, nulla eni dūa est dicere b/& b/nō posse eidē iesse,& b/idē

esse cū aliquo b/ıā per b/oia accipiebam⁹/quę repugnabāt ipsi/c. Et hęc est vera huius loci expositio. Alexāder autē vagaᵗ diuersas ac multimodas afferens expōnes, ⁊ aliqñ vult ph̄m dixisse b/inesse nulli g/pro eo/qđ est alicui nō, nō nanq̄ sᵒ asserit nō in parte/sed vlr negatiuā ɔcludi. Nos aūt tot enarrationes adducere absurdū fore duximus, ne incassum ⁊ ab vsu nr̄a excresceret oro. [Accidit itaq;.] hoc est/qui talē modū inueniēdi mediū sectati sunt, viā ac methodū nō nēciam ꝑscrutati sunt, nō nēciam dico, qm̄ nr̄a hęc quā tradidimus/satis supq; sufficiēs erat. Hoc aūt inquit fecere, qm̄ plerūq; ignorabāt an b/c/h/essent eadē, hoc est an ɔsequētia prędicatuʒ ⁊ repugnantia subiecto in vnum conciderent.

Eodem aūt pacto se hn̄t ⁊ sylli ad impoſſe deducentes cuʒ ostensiuis: nāq; ⁊ hi fiunt ꝑ cōsequētia: ⁊ quę cōsequiᵗ vtrūq;: ⁊ eadem inspectio in ambobus: qđ eniʒ ostensiue mōstraᵗ/⁊ per impoſſe est rōcinari ꝑ eosdem terminos: ⁊ qđ per impoſſe ⁊ ostensiue/vt ꝙ a/nulli eoꝝ/quę e/inest. Ponaᵗ eni alicui inesse: qm̄ igiᵗ b/omni/a/a, sᵒ alicui eoꝝ/quę e b/alicui eoꝝ/quę e/inerit: sed nulli inerat. Rursus ꝙ alicui inest: si eniʒ a/nulli eoruʒ/quę e: e/sᵒ oi g/nulli eoꝝ/quę g/inerit a/sed omni inerat. Cōsimiliter auteʒ ⁊ in alijs problematibus: semꝑ eni ⁊ in oibus erit monstratio ꝑ impossibile ex ɔsequētib⁹: ⁊ quę sequiᵗ vtrūq;: ac ſm vnūquodq; problema eadē cōsideratio ⁊ ostēsiue volenti rōcinari ⁊ ad impoſſe ducere: ex eisdē nāq; terminis vtręq; demōstrationes.

Postcaq̄ mōstrauit in omni syllō ac demonstratione mediū iueniri ex prędicta inspectione, ne quispiam male existimaret hypotheticos ac ɔditionales syllos aliā methodū hr̄e ad inuestigādū mediū ac ꝓpōnes inueniēdas, vult impręsentiaꝝ ph̄s monstrare nō differre suppositorios syllos/quo ad hoc/a cathegoricis ac ꝑdicatiuis, ⁊ primo h̄ asserit de deducētib⁹ ad ipoſſe, hi eni queadmoduʒ ⁊ supra retulimus/pars sunt hypotheticoꝝ, ⁊ reddit huius rationē, qm̄ qđ ostensiue mōstraᵗ/pōt ⁊ per impossibile argui, argui dico nō demōstrari, plurima nāq; sunt, quę per ipoſſe tm̄ demr̄ari pn̄t, queadmodū oēm diametrum incōmēsurabilē esse, verū vbicūq; syllm rōcinationēq; rectā facimus, ibidē ⁊ per eosdē terminos ꝑ impoſſe possumus rōcinari. Puta in exēplo, sit mōstrāda vlis negatiua/ꝙ nullū e/sit a/accipiemus ſm supra assignatā methodū/aliqđ cōsequēs a/pręd icatū, qđ idē sit alicui repugnāti subiecto, ⁊ erigemus sylm ostēsiuū hoc pacto in scđa figura, omne a/est b/b/nullū e/est b/b, nullū igiᵗ e/est a/ꝙ si ex hypothesi ⁊ per impoſſe hoc idē velimus ostēdere supponem⁹ ɔnis iducte ɔdictoriū, cūq; hoc ⁊ altera pręmissarū ꝓpōnū/alterius oppᵐ iducemus hunc in moduʒ, omne a/est/b, b/aliqđ e/est/a, aliqđ ergo e/est b / b/cuius oppositū supra acceperam⁹, qđ adhuc clarius exemplo elucidaᵗ, sit monstrandū nullā voluptatē esse bonū, accipiam mediū terminū perfectū/⁊ ita ratiocinabor, oē bonū est ꝑfectū, nulla voluptas ꝑfectū/nulla voluptas bonū, vel sic ꝑ ipoſſe, omne bonū est ꝑfectum/aliqua voluptas bonū/aliqua voluptas perfectū, sed supra dictum ⁊ admissum fuerat nullā voluptatē perfectum esse. Itidez si proponaᵗ monstranda affirmatiua in parte, faciemus

Dē qđ pōt ꝑ syllʒ ostēsiuū mōstrari pōt ⁊ ꝑ deductionē ad ipoſſe.

ex añtibus vtrūq; in tertia rōciniū hoc pacto, omne/c, g/est a/omne c, g/est/c/aliqđ ergo e/est a/ꝙ si per impossibile mōstrare velimus hoc pacto faciem⁹, nullū e/est/a, h̄ eni est ɔnis oppositū, omne c, g/est e/ergo nullū c, g/est a/cuius ɔtriū maior ꝓpōis rōcinij asserebat, nā hoc est qđ in contextu diciᵗ/sed omni inerat, sint in exēplo termini bonū/voluptas/⁊ speculatio/mediū speculatio. Ita dōm erit ⁊ de alijs ꝓblematibus, vlī inquā affirmatiuo ac negatiuo in parte. [Semꝑ eniʒ ⁊ in oib⁹.] hoc est semꝑ ⁊ in omni deductiōe/si animus fuerit mōstrare per impoſſe/hoc faciem⁹ ex añtibus ⁊ ɔsequētibus vtrūq; tam subiecti q̄ ꝑdicati. Sed quęriᵗ cur qm̄ tria sint/quę ad medij inuentionē inspiciunᵗ añtia ɔñtia ac repugnātia, cur de añtibus ac cōsequētib⁹ meminerit/nullā de repugnantibus mentionē faciens. Respōdemus hoc ideo euenisse, qm̄ deductione ad impoſſe maxime vti cōsueuimus ad ostendenda problemata negatiua, quę monstrari per impoſſe nō possunt/nisi ex añtibus ac ɔsequētib⁹, sic eni mōstrare ɔsueuimus vacuū non esse/sic diametrū incōmēsurabilē ⁊ reliqua ɔsimilia, quę oia ideo arguūᵗ/quia eoꝝ opposita ostensiuo monstranᵗ rōcinio, quę qm̄ affirmatiua sunt ꝓpterea ex añtibus ⁊ ɔsequētibus tm̄ ostenduᵗ. [ac ſm vnūquodq; ꝓblema.] nō h̄ dicit/ꝙ ex eisdem monstreᵗ vlis affirmatiua ostēsiuo rōcinio/ex quibus deductione ad impoſſe, ⁊ sic de reliquis problematis, nanq; hoc potius econuerso fieri ɔsueuit, si eniʒ vlis negatiua ostēsiue arguaᵗ/ex ɔsequētibus ac repugnātib⁹ arguetᵗ, si sᵒ eadē monstreᵗ deductione ad incōmodū, hoc fiet ex antecedētibus vtrūq;, hęc enim sunt quę affirmatiuā monstrāt in parte, quā falsam esse cōcludimus, ⁊ qua perempta ad vlem negatiuā ɔcludēdā reuertimur, nō hoc ergo dicit, sed magis/ꝙ ex eisdē mōstramus ostēsiue verā aliquā cōclusionē, ex quibus in deductione ostendimus falsam interimendā ɔclōnē, vel aliter, ꝙ eadē sit gn̄alis cōsideratio/non autem in specie, in oibus nāq; problematibus inspicimus ad añtia ⁊ ɔsequentia ac repugnātia/ſʒ in diuersis problematibus diuersis modis.

Dubitatio.

Solutio.

Quemadmodum si monstratū est a/inesse nulli e/qm̄ accidit ⁊ b/inesse alicui eoruʒ quę e/qđ impoſſe: si acceptū fuerit b/inesse e/quideʒ nulli: a sᵒ omni/planum itaq; ꝙ a/inerit nulli/e. Rursus si ostēsiue ratiocinatum fuerit a/inesse nulli e/supponētibus inesse per impossibile mōstrabiᵗ nulli inexñs. consimilr aūt ⁊ in alijs: in oibus eni necesse cōem aliquē accipere terminū aliū a suppositis: ad quē erit falsi syllūs: quare conuersa hac propositione/altera sᵒ similiter se habente/ostensiuus erit syllogismus per eosdem terminos.

Si inquit per impoſſe ostendamus/nullū e/esse a/accipientes huius oppositū concludemus aliqđ e/esse b/qđ est impoſſe, qm̄ supposueramus/nullū e/esse b/⁊ omne a/esse b/ita eni ɔcludebamus/nullū e/esse a/in scđa figura, vel melius, si inquit per ipoſſe monstratū sit/nullū e/esse a/hoc pacto, aliqđ e/est a, omne a/est b/ergo aliqđ e/est b/possumus ex eisdem terminis/hoc est eadem gn̄ali inspectione vel magis ex eisdē terminis, qui sunt a/b/c/ostensiue mōstrare eandē ɔnē, si accipiamus/omne a/b/nullū e/b, nullū igiᵗ e/a/ꝙ si rursus idē ostensiue rōcinati fuerimus/hoc est/nullū e/esse a/poterimus supposito huius cōtradictorio, aliqđ e/est a/mōstrare ꝑ impoſſe eadē ɔnez/nullū e/est a/, ⁊ in alijs problematis ɔsimilr, quare quod

ostensiue mõstraẽ/idẽ ac per eosdez terminos p impoẽ deducĩ. Conuertunẽ itaqз pacto aliquo mõstratiões iste.

Dubiũ Philopõi: z Alexandri.

℄ Sed querũt Philoponus atqз Alexãder/quõ hoc sit verũ, supra nãqз ostẽdimus quartaз scdę figurę cõplicatione z gnĩã tertię per impoẽ gdẽ mõstrari posse/nõ tñ ostẽsiue. ℄ Rñdent hoc nõ eẽ intelligendũ quo ad modos syllogisticos, sз quo ad pblemata, sз enĩз vniuias cõplicationũ illaꝝ nõ possũt ostẽdi/aut ɔuersione/aut ostensiua rõcinatione, qdcũqз tñ pblema in illis cõplicationibus per impoẽ arguiẽ, idẽ poterit ostẽsiue etiã monstrari, z ecõuerso. [In oibus eni necesse.] in oibus ingt rõcinijs ostẽsiuis ac deductionib⁹ ad icõmodũ necesse est aliquẽ terminũ aliũ a suppositis cõem vtriqз mõstrationi accipere.

Solo eorũdem.

Qui sint suppositi termini z q cões in rõcinijs ostẽsiuis z ducentibus ad icõmodum.

Suppositos ꝟo terminos vocaũt ambas extremitates a/inquã atqз e, cõem aũt terminũ qui extrinsecus accipiẽ ad q̃siti monstrationẽ, puta b/qui cõis iquit Alexãder, ideo nũcupaẽ, vel qa in vtraqз monstratione asciscĩ, vel qa medius fit in ostẽsiua rõcinatione. ℄ Si eni in ostensionẽ ppositũ sit, nullũ e/esse a/accipientes b, terminũ extrĩsecus, ipз mediũ cõstituemus, veluti supra satis exposuimus, z ad hũc in deductiõe ad icõmoduз facimus falsũ syllm/hoc est, ɔcludimus ɔnẽ falsam, qua pẽmpta ad pmariũ reuertimur q̃situз, q̃re cõuersa hac ppõne/hoc est hac ɔne in suũ oppositũ, qd postea efficitur in ostensiua mõstratione ppõ. Altera ꝟo ppõne non mutata ac similr se hñte/ostẽsiuus fiet sylls p eosdem terminos, puta in exẽplo sit mõstrãdũ p ipoẽ, nulluз e/esse a, accipiemus extrinsecus cõeз terminũ b, z hunc in modũ ratiocinabimur, si nõ est verũ, nulluз e/a/sit oppositũ, aliqd e/a, oẽ a/b, ergo aliqd e/b/qd est impoẽ, si itaqз ex ħ voluerim⁹ ostensiuũ pficere syllm, accipiemus ɔnẽ ɔclusam, aliqd e/b/z eã vertemus in oppositũ (hãc eni vocat ɔuersaз) ita, nullũ e/b, z cuз hac z altera eadẽ pmanente, quę erat oẽ a/b/cõstituemus syllm hoc pacto, oẽ a/b/nullũ e/b/nullũ e/a, z ita facta erit ostẽsiua mõstratio ex deductione ad incõmoduз. ℄ Ubi notes q mutationẽ ex ɔdictorio in ɔdictoriũ hoc in loco ɔuersionẽ nũcupauit, fortasse eodez pacto aut cõsili, quo syllos ɔuersiuos dicẽ ɔsueuimus. Sз hęc in scdo poꝝ magis plana fient.

Cõuersio sumit p mutatõe a ɔdictorio in ɔdictorium.

fit resolutio:si ꝟo ad b/positū fuisset hoc/qd
est:qm̃ bonū nō erit:a/nāqꝫ d b/veꝝ erit:b/āt
de c/nō veꝝ:bonū eni qm̃ bonū ꝑdicare d iu-
stitia falsum ⁊ nō itelligibile. Silr̃ itaqꝫ ⁊ si
sanabile dmōstraret ꝙ ē scibile iquātū bonū/
aut hircocerū⁹ opinabile iquātū ñ ens/aut hō
corruptibile iquātū sensibile:in oib⁹ eniꝫ sup
ꝑdicati ad extremū reduplicationē ponēduꝫ.

¶ Aliud theorema tradit docens quonā modo perq̃ faci
le poterim⁹ syll'os resoluere/in qbus ponunt̃ reduplicati
ue ꝓpōnes. Cęteꝝ quo exacti⁹ quę dicunt̃ itelligere pos-
simus, uidēdū pri⁹ qd sit reduplicatio/ac qūo reduplica-
tiue astruant̃ ꝓpōnes. Reduplicatio itaqꝫ quēadmodū
inqt Philoponus est/eiusdē bis in eadē ꝓpōne acceptio.
Aliter diuus Albertus,reduplicatio aūt est iterata enun-
tiatio medij sup extremū/vt notet̃ causa inherentię ꝑdi-
cati in subto,veꝝ mea snīa prior definitio multo melior,
nāqꝫ nō solū medius terminus iteratur/imo ⁊ maior mi-
norqꝫ,nec solū reduplicatio cām notat/ob quā ꝑdicatuꝫ
subto inhereat,sed alio quoqꝫ/quēadmodū ↄītatem ac vt
moderniores asserunt specificationē,quū enim dicimus
ens subiectū esse primę ph'ię inquātū ens,nō dicimus ꝙ
ens sit cā/qui vt subiectū sit in prima ph'ia, sed hoc volu-
mus,ens sub rōne sua cōi/qua ens est ens/subiectū eē in
prima ph'ia,vñ ⁊ moderniores dixere hanc particulā in-
quantū bifariā posse accipi reduplicatiuę ac specificati-

Quid reduplicatio ſm mentē Philoponi. Aliter Albe⁹ de reduplicatione.

Reduplicatō nō solū notat cām inherētię:sꝫ ↄītāt ⁊ specificationem.

Quot mōis reduplicatio ſꝫ modernos.

uę/⁊ reduplicatiuę vel gr̃a ↄcomitātię vel gr̃a causę. Hos
tñ oēs modos vocat Aristo. impresentia reduplicatiuos,
quēadmodū in exēplo,quum ait/iustitię seu boni est scia
qm̃ bonū,nō eni vult bonū cām eē/cur de iustitia sit scia
sed pot⁹ de iustitia sciaꝫ eē non sub rōne/qua iustitia/ve
rū sub rōne/qua bonū. Reduplicatiuas itaqꝫ in ꝓposito
oēs illas ꝓpōnes nūcupabim⁹,in qbus idē bis accipitur
ſm eādē ꝓpōnē. Ait ergo in ↄtextu/si velimus rōnes syl-
logisticas in qb⁹ ꝓpōnes sint reduplicatiuę/in ratiocinij
formā resoluere/oportere nos reduplicatū maiori extre-
mo applicare,si ꝟo ad mediū terminū reduplicatiuꝫ po-
neremus,minorē ꝓpōnē aliqñ falsam facerem⁹/aliqñ q̃
vix itelligi posset. Pręterea inutile etiā foret medio termi
no applicare reduplicationē,nāqꝫ si reduplicationē seu
reduplicatū ↄcludere itēdimus/nimirū ad ꝑdicatū ↄnis
debebit adiacere/tū qr est ↄditio ꝑdicati tū ꝟo etiā ꝙ nō
semꝑ verā ↄstruerem⁹ ꝓpōnē,si subto adderet̃. Licet āt
hoc ita sit,qd tñ reduplicat̃/nō est maius extremū,sꝫ me
dius terminus,puta in exēplo/boni est scia qm̃ bonū/iu-
stitia est bonū,iustitię igit̃ scia qm̃ bonū,maius extremū
scia qm̃ bonū/medius termin⁹ bonū/minor iustitia, hoc
est ergo qd voluit quū dixit. [Reduplicatū aūt i ꝓpōni
bus ad primū extremū] hoc ē ad maiorē terminū ponē
dū,nō aūt ad mediū,si eni ad mediū poneret̃ reduplica-
tū,puta qm̃ bonū,nō ampli⁹ erit ↄ iustitię sciam esse/qm̃
bonū,ꝓpterea ꝙ ꝑdicato nō addit̃/qm̃ bonū,qd erat re-
duplicatū,⁊ ad hęc lꝫ maior ꝓpō forsasse veritatem obti-
neat,nō tñ ob id minor vera erit,q̃q̃ enim ista est vera/
boni qm̃ bonū est scia,hęc tñ est falsa/iustitia est bonuꝫ/
qm̃ bonū/vel vt gręce loquar ὅτι ἀγαθόν. Aut eni inquit
Philoponus quū hoc dicimus significamus iustitiā esse
bonū/qm̃ est bonū,⁊ istud est fatuū ac nō itelligibile, qs
eni nō rideret/si aliqs diceret Socratē eē hoiem/ qm̃ est
hō,ꝙ si ꝑ ὅ,τι nō vnā itelligamus orōnis partē,puta cō
iunctionē/sꝫ binas ⁊ relatiuū ὅ ⁊ nomē ifinitū significās
substam,puta qd qd/quēadmodū sciūt gręcaꝝ lr̃aꝝ con-
sulti/tūc qui dicet iustitiā esse bonū qd qd bonū/mētiet̃,
nil eni aliud hac orōne volet/q̃ iustitiā eē ipsum bonum
ſm gen⁹,qd ⁊ falsuꝫ ⁊ ꝑabsurdū est, ⁊ hoc est/qd itellexit
quū ait a/nāqꝫ de/b/verū erit,b/aūt de c/nō veꝝ,bonum
eni qm̃ bonū ꝑdicare de iustitia falsum ⁊ non itelligibi-
le,ita nos ⁊ alij ēt ante nos transtulerant τὸ ὅτι ἀγαθόν.
¶ Satius tñ mea snīa eēt,si quēadmodū gręcus cōtext⁹
ambigu⁹ est,ita ⁊ nos latinū facerem⁹ ancipitēqꝫ dicentes/
nō qm̃ bonū/sꝫ qd bonū,pōt eniꝫ ambiguo sensu ⁊ ꝑ cō
iunctione ⁊ ꝑ relatiuo noīe capi,quēadmodū vel medio
cris lr̃aturę viris planissimū eē pōt. Quū ꝟo dicim⁹ hoi
esse sciam,nō itelligēdū,qd nōnulli male existimāt, eru-
ditionē seu moꝝ disciplinā,quā gręci παιδείαν vocāt,
sꝫ sciaꝫ demrationū,quā idē ἐπιστήμην nūcupāt,ita eni
ↄtext⁹ Aristotelic⁹ se hꝫ, ⁊ est ꝓblema valde ambiguū an
virtutes doctrina ꝑcipi possint. Sꝫ d his hactenus. [Si-
militer itaqꝫ] aliud exēplū ad mōstrādū ꝓpositū/bonū
est scibile iquātū bonū/sanabile est bonū/sanabile itaqꝫ
est scibile iquātū bonū. [Aut hircoceru⁹.] Tertiū exēplū
nō ens opinabile iquātū nō ens/hircocerū⁹ est nō ens,
hircoceru⁹ igit̃ opiābile inquātū nō ens. [Aut hō corru
ptibile.] Quartū exēplū/sensibile corruptibile iquantuꝫ
sensibile/homo est sensibile,hō igit̃ corruptibile iquātū
sensibile. [in oibus eni superpredicatia.] hoc est in oibus
reduplicatio ponēdā eē reduplicationē ad extremū.i.ad
maiorē extremitatē,supꝑedicatū eni inqt Alexāder vo-
cauit reduplicatū,qm̃ ꝑdicatū ↄseqt̃/⁊ est in ↄnib⁹ supra-
predicatū,hic ⁊ vlī⁹ supraꝑdicatū itelliget̃/q̃cūqꝫ additio
nē faciam⁹ ꝑdicato/siue reduplicatū sit/siue aliō qppiaꝫ,

Reduplicatū maiori extremo est apponēda: nō aūt medio.

Reduplicatū lꝫ adiiciat maiori extremo: id tñ quod reduplicat est medi⁹ termin⁹.

Nota qūo hec ꝓpō falsa sit: iustitia est bonū eo ꝙ bo^m.

qd signt τὸ ὅ,τι apud gręcos.

Nota textuꝫ latinū ambiguū eē pnunciādū vt ēt gręcus est.

Supꝑdicatū qd ſm mentē Alexandri.

hoc grece ἐν ταῖς ἀντιστρεφομέναις, Et hec hactenus de reduplicatis. ¶ Modernorum tamen nonnulli complura alia addidere, ac primo dicunt reduplicationem duplicem esse, unam medij supra maiorem extremitatem, ut in exemplis propositis, aliam minoris supra medium, ut in exemplo, nullum corpus inquantum egrum est sanum, omne egrum est corpus, nullum egrum est sanum inquantum egrum. ¶ Sed contra non videntur hec superioribus coherere, namque aut reduplicatio illa minoris ponetur ad medium in minore propositione, aut ad maiorem in maiore, si prius tunc ea sequentur absurda, que Aristoteles in contextu enumeravit, cum diceebat oportere reduplicatum poni ad maiorem extremitatem, si secundum, tunc falsa erit descriptio reduplicationis dicens reduplicationem esse iteratam enuntiationem medij super extremum, vel ut inquit Philoponus, eiusdem bis in eadem propositione acceptionem, cum enim dicimus nullum corpus inquantum egrum, est sanum, nihil ponimus iteratum aut bis in propositione ista, falsum est ergo quod illi de minoris reduplicatione asserunt. ¶ Falsum est etiam quod ulterius dicunt, in omnibus figuris fieri reduplicativum syllogismum nec solum in affirmativis, sed etiam negativis propositionibus. Namque si in secunda fieret, oporteret medium reduplicari, quod est absurdum, medium namque in plus se habet quam utraque extrema, nec dixeris quod nonnulli asserunt fieri minoris reduplicationem, hoc enim supra refutatum est, et ob hanc eandem causam neque in tertia dicemus fieri reduplicativas complicationes, imo quod amplius si recte velimus examinare et proprie reduplicationem facere, reperiemus reduplicativam nullam esse negativam, namque quemadmodum et ij concedunt si propositio accipiatur inquantum idem significat quod secundum quod, secundum vero quod et per se ut in posterioribus traditur idem sunt, per se autem propositio nulla est negativa, omnis enim per se propositio, que vere per se dicitur aut in primo aut in secundo est modo, hoc est aut predicatum habet subiecti essentiam constituens, aut econverso subiectum predicati, quod si ita est, nulla per se propositio, et ex consequenti nulla vere reduplicativa negativa erit. ¶ Addunt adhuc aliud, quod etiam falsum censeo, reduplicativam videlicet propositionem non posse terminis retrocedere consimiliter in reduplicativam, si enim propositiones per se convertuntur in propositiones per se, veluti hec, omnis homo animal, aliquod animal homo, nimirum et reduplicativa in reduplicativam convertetur. Et si dicas hanc non esse per se, aliquod animal homo. Contra, si non est per se, ergo per accidens, preterea est vere necessaria, igitur per se, hec enim idem sunt, veluti legentibus posteriora planum fiet. ¶ Nec dicas, quod nonnulli male hallucinantur, reduplicativam converti quidem, sed non in reduplicativam, sed in unam, cuius subiectum constat ex predicato prioris, et illo super quod cadit reduplicatio cum reduplicatione mediante hoc relativo, quod, puta animal inquantum homo est risibile convertitur hunc in modum, aliquid quod inquantum homo est risibile, est animal. ¶ Sed pace istorum dictum sit hec, minime vera esse, si enim rectam conversionem facere possumus, cur tot ambagibus vtendum: Si enim dicamus animal inquantum homo est risibile, ergo risibile inquantum homo est animal, quid falsi continebit oratio nostra: profecto nihil, nam cum hoc dicimus, hoc volumus, quod ratio quare aliquod animal sit risibile est, quia aliquod animal est homo, et retroversim, quod ratio quare aliquod risibile sit, animal est, quia aliquod risibile est homo, immo quod amplius est quas nonnulli converti negant reduplicativas negativas, improprias tamen, eas nos terminis retrocedere asserimus, puta, nullum malum est eligendum inquantum malum, dico enim quod in hanc convertitur, nullum eligendum inquantum malum est malum, quod si negas, erit ergo una vera, altera falsa, puta prior vera, secunda falsa, quod tamen non est, si enim hec falsa esset, nullum eligendum inquantum malum, est malum, vera nimirum foret sua contradictoria, quod tamen secus est, hec enim aliquod eligendum inquantum malum est malum, falsa procul dubio est, ex hac namque sequitur, aliquod esse eligendum inquantum malum, quod est falsum, quemadmodum dicere etiam consueuimus hanc falsam esse, aliquis hircocervus est animal, non quia si hircocervus esset, quod ab ipso animal removeretur, sed quia fieri non potest, ut hircocervus sit, consimiliter et in proposito dicendum. Quare sileant qui novas convertendi leges introducunt, sileant etiam qui novas reduplicativorum syllogismorum coordinationes faciunt, quorum alij dicunt reduplicativas coniugationes fieri in prima ac tertia figuris, in secunda vero minime. Alij autem aliter etiam et prolixius suas distinctiones prosequuntur ex utrisque reduplicativis, et ex altera tantum complicationes constituentes in omnibus figuris, quorum omnium opiniones missas facio, tum quia longe a veritate aberrant, tum etiam ne in infinitum nostra proferatur oratio, id tamen unum addimus, quod ex sententia Aristotelis reduplicativus et vere reduplicativus syllogismus in sola prima figura et solis affirmativis coniugationibus efficitur, quod planum fecit Philosophus in contextu solas eas enumerans reliquis omnibus omissis. Sed his iam iam confectis ad sequentia pedem feramus.

Opinio quorundam modernorum qui ponunt reduplicari posse minorem supra medium.

Non illa opinio sit falsa.

Non syllogismus reduplicativus non posse fieri nec in 2a nec in 3a figura.

Non nulla reduplicativa negativa esse posse.

Aliud dictum modernorum quod propositio reduplicativa non possit converti: quod ab auctore confutatur.

Non hec propositio aliquod animal est homo sit per se.

Opinio aliorum de conversione reduplicative et est opinio Gulielmi Occham.

Contra istam opinionem. Hoc tamen est diligentius considerandum.

Non negativa reduplicativa posse converti contra modernos

Nota quod ex sententia reduplicativa syllogismus solum fit in prima figura ex sententia Aristotelis.

¶ Non est autem eadem terminorum positio: quando simpliciter aliquid ratiocinatum fuerit et quando hoc aliquid aut quo aut quando. Dico autem quemadmodum quando bonum scibile monstratum fuerit: et quando scibile quidem, quoniam bonum. verum si simpliciter scibile monstratum fuerit: medium ponendum ens: sin autem quoniam bonum, hoc quod est, aliquod ens. Sit enim a, scientia quoniam ens: in quo b, ens aliquod, in quo c, bonum. Verum itaque a, de b, predicare: erat enim scientia alicuius entis, quoniam aliquid ens: sed et b, de c, quod enim in quo c, ens aliquod: quare et a, de c. Erit igitur scientia boni quoniam bonum: namque aliquod ens erat proprie substantie signum: si vero ens medium positum fuisset: et ad extremum ens simpliciter, et non dictum esset aliquod ens: non esset utique syllogismus quod est scientia boni quoniam bonum, sed quoniam ens: ut in quo a, scientia quoniam ens: in quo b, ens in quo c, bonum. Manifestum igitur quod in syllogismis qui in parte ita accipiendi sunt termini.

¶ Dicunt nonnulli intentionem esse Philosophi hoc in loco pertractare quando fiat minoris reduplicatio supra medium. Nos autem aliter cum Philopono atque Alexandro volumus intentionem Aristotelicam esse, tradere aliud theorema, per quod faciliter possimus resolutionem facere, plerunque enim in excerpendo medium longe aberramus, quare non oportet inquit in syllogismorum resolutionibus eandem et similem positionem ac terminorum inquisitionem facere, quando simpliciter aliquid in conclusione predicetur, et quando cum additione quapiam, quemadmodum paulo ante monstratum fuerat in habentibus predicatum reduplicatum, et hoc est quod significantius cum dixit, quando simpliciter aliquid ratiocinatum fuerit, et quando hoc aliquid, aut quo aut quando, supra predicatorum namque alia quid est predicatum significat, ut equicrus duos rectos habet inquantum triangulus, alia quo, ut sanum est scibile secundum quod bonum, alia quando, ut hircocervus est opinabile secundum quod non ens, sunt itaque nonnulle predicationes tales, in quibus aliquid suprapredicatur, sunt autem et alie simplices, in quibus predicatum sine additione profertur, ut iustitia est scibile, cum igitur inquit sit talis in syllogismis varietas, non oportet eodem pacto terminos querere in simplicibus predicatis et in ijs, que sunt cum additione, sed quando simplex sit conclusio, medius terminus communior ponendus est, qui simpliciter insit subiecto termino, de quo videlicet et predicatum vere predicetur, ut ens, fiet enim hunc in modum syllogismus, omne ens scibile, iustitia est ens, iustitia itaque scibile. Si vero conclusio non sit simplex, sed habuerit aliquid additum, non oportet amplius medium terminum simpliciter et communiter inexistentem querere, sed proximiorem

Nota quod ex vere reduplicativa syllogismus solum fit in prima figura ex sententia Aristotelis.

Non eodem modo termini exponendi sunt in syllogismo quando simpliciter et quando cum additione quapiam predicatum in conclusione ponitur.

Diversitas predicationum per additionem.

Regula quam Aristoteles in contextu ponit de predicatis simpliciter et limitatis.

proximiorē ac eo modo inexistentē, quo maior extremitas de ipso vera erit cū additiōe p̄dicata, nā scibile simpliciter verū erat de ente p̄dicare, nō aūt scibile inquantū bonū, qm̄ ens cōmune est ⁊ in plus q̄ꝫ prędicatum, non eniꝫ vera est ꝓpō dicēs, omne ens est scibile inquātū bonuꝫ, nāqꝫ non omne ens est bonū, neqꝫ ex entib⁹ sola bona scibilia, siqdē eadē est ꝯrioꝝ scia, non itaqꝫ amplı⁹ erit medius terminus ens, sꝫ aliqd cognatius ac ꝓximius subto, ⁊ nō siŀr eōe, veꝝ tale aliqd, vt p̄dicari de ipso possit maior extremitas, hoc est scibile inquantū bonū, ⁊ istud est, qd̄ voluit, dū inqt, dico aūt, quēadmoduꝫ qñ bonū scibile mōstratū fuerit, ⁊ qñ scibile qd, qm̄ bonū, verū si simpŀr scibile mōstratū fuerit, mediuꝫ ponēduꝫ ens, si aūt qm̄ bonū, hoc qd̄ est aliqd̄ ens, ac si diceret, si volum⁹ cōcludere p̄dicatū sine determinatione aliqua, debemus ⁊ mediū accipe simpŀr ac sine determinatione, si aūt cum determinatione, mediū excerpēdū determinatū ac limitatiūs. [Su eni s/scia.] Primū ponit exēpluꝫ eius, qd̄ est quo, nō eius qd̄ est simpŀr, puta alicui⁹ entis est scia qm̄ ens, bonū est aliqd̄ ens, boni ergo est scia qm̄ ens. [ꝓprie subę.] nō dicit oportere mediū, qd̄ est aliqd̄ ens esse definitionē minoris extremi, sed magis ꝯctius ac limitatius, qd̄ hoi, puta ꝓximius, magis hois ꝓpriā subaꝫ designet, quēadmodū aial ꝓximus signat ꝓpriā hois subaꝫ q̄ꝫ corp⁹ aut subā. Si igitur velimus cōcludere boni esse sciaꝫ inquātū aliqd̄ ens, puta iquātū eligibile, mediū accipiēdū aliqd̄ ens, qd̄ est eligibile, nō aūt ens simpŀr. Cꝫ si mediū accepissem⁹ ens simpŀr, nō aūt ens aliqd̄, ad maius etiaꝫ extremū in ꝯne in reduplicatione deberem⁹ ponere ens simpŀr, puta si dicam⁹, oē ens scibile qm̄ ens, bonum est ens, bonum ḡ est scibile qm̄ ens. [In syllis qui in parte.] syllos in pte eos vocat qui nō hñt simplex p̄dicatū, sꝫ cū additiōe signante qd hoc, aut quo aut qūo, hęc eni ⁊ quę hęc signant addita p̄dicato faciūt ipm ꝑticulari⁹, nō eni siŀr vŀe, bonū eē scibile, ⁊ bonū scibile eē inquātū bonū, in talibus itaqꝫ syllis mediū nō est accipiēdū cōe, quum sit ꝯclo limitatior ꝓpter supꝑp̄dicatum, sed ꝯtiguuꝫ ⁊ ꝓpriam subam significans, aut ⁊ idem supraprędicato.

> Que proximiora sūt ea magis illi⁹ subaꝫ significant.

Oportet aūt ⁊ trāsumere quę ideꝫ possunt noia pro noibus ⁊ oōnes pro oōnibus ⁊ nomē ⁊ oōneꝫ, ⁊ semꝑ pro oōne nomē accipere, facilior nāqꝫ terminoꝝ expō, quēadmodū si nihil differat dicere suspicabile nō eē genus opinabilis, aut opinabile nō eē qd̄ suspicabile qd, idē eni signatū, ꝑ dicta oōne suspicabile ⁊ opinabile termini ponendi.

Aliud tradit theorema, quo faciliorē efficere resolōnē possumus inquiēs trāsumēda esse noia pro noibus ⁊ orationes itidē pro orationib⁹, manifestiores pro obscurioribus, ⁊ si fieri ēt possit semꝑ oōnis loco debemus ponere nomē, dico si fieri possit, qm̄ superi⁹ dixim⁹ hoc nō semꝑ posse effici, plerūqꝫ eni oīo aliqua pro medio ita accipiēda, ꝙ eaꝫ nō possumus in simplex nomē trāsmutare, verū si fieri pōt semꝑ pro oōne nomē accipiendū, facilius nāqꝫ termini per noia exponunť, q̄ꝫ ꝑ oōnes, quēadmodū in exēplo si nil dicant oōnes iste, suspicabile nō eē genus opinabilis, ⁊ opinabile nō esse qd̄ suspicabile quid, addas tn̄, accipiēda est manifestior oīo, est aūt hęc, suspicabile nō esse genus opinabilis, ⁊ vlterius pro ambab⁹ oōnib⁹ istis in expōne debem⁹ simplices terminos ponere, suspicabile ⁊ opinabile, idē ergo est dicere suspicabile nō eē genus opinabilis, ⁊ opinabile, qd̄ suspicabile, hic eni est modus significādi apud Aristotelē essentiale

> Mod⁹ significandi ꝑsam subale apud Aristotelem.

prędicatū, quēadmoduꝫ nāqꝫ inqt Simplicius in alphanālis audit⁹, qd̄ Plato vocabat αὐτοόν Aristoteles nūcupat ὅπερ ὄν, vnde ⁊ Adrastus Phs, quęcūqꝫ essentiā alicuius ꝯstituerēt, voluit apud Aristotelē vocari cū hac additione qd̄, q̄re hoiem merito dicemus esse aial rōnale, ⁊ esse qd̄ aial rōnale, aial ⁊ qd̄ aial, rōnale ⁊ qd̄ rōnale.

> Quod Plato vocabat αὐτοόν, aristote. ὅπερ ὄν vocat, Adrasti ph̄s dictum.

Sed mea qdē snia hęc elegāter dicta sūt, nō tn̄ vere, si eni quę in 3° topicoꝝ dicit Aristoteles aiaduertamus, ꝑ quod qd, nil aliud intelligem⁹, q̄ꝫ genus alicui⁹, ait nāqꝫ ibi, nihil eni dicitur qd̄ genus qd̄ non est in genere, quare nō recte ꝓferemus, hoiem esse qd̄ rōnale, quū rōnale nō sit hois genus, nec recte etiā di, ideꝫ esse, qd̄ Plato vocabat ipsum ens, ⁊ qd̄ Aristoteles qd̄ ens, recte eni dicimus hoiem esse qd̄ aial, nō tn̄ hoiem esse ipsuꝫ aial, naꝫ ὅπερ ζῶον signat aial genus hois esse. αὐτοζῶον vo signat hominē ipsaꝫ aialis essentiā esse, quā Plato ideam vocare cōsueuerat, ⁊ ꝙ hoc ita sit planū legentibus 6m topicoꝝ, quęqꝫ in libris postnālis lōgo sermone disputanť, sꝫ de his als, satis sit impñtia qd̄ suspicabile ideꝫ signare, qd̄ genus opinabilis esse suspicabile, an vo qd̄ ens in alphanālis auditus significet ipsuꝫ ens esse genus, quēadmodum voluit Aspasius, an vo ens verū, hoc est subaꝫ, vt Alexāder ac reliqui oēs, hęc alibi perquirenda relinquo, nobis sufficit attulisse, quę ad cōtextū intelligendū faciūt, qdqꝫ in vsu Aristotelico frequentissimo est, nāqꝫ ⁊ in posterioribus ita dicebatur quod lignum ⁊ quod album.

> Contra snias Simplicij ⁊ Adrasti.

> ὅπερ ζῶον signat aial eē genus. αὐτοζῶον signat ēentiā ⁊ ideā aial.

Qm̄ vo non est idem voluptatem esse bonū ⁊ voluptateꝫ esse ipsum bonū non similiter ponēdi termini, sꝫ si est syll's ꝙ voluptas ipsum bonum, ipsum bonum, si aūteꝫ ꝙ bonum, bonum. consimiliter ⁊ in alijs.

Velleꝫ vt cōtextus iste dilucidior fieret lectoreꝫ ipsuꝫ gręcaꝫ edoctū esse dialectū, ita eni facili⁹ quę dicunť possemus itelligere, sꝫ qm̄ neqꝫ oib⁹ gręca scire ꝯcessūꝫ, nec ꝯtextus sine gręcaꝝ lraꝝ cognitiōe facile itelligi pōt, nō absurdum existimabo gręca q̄ꝑiam latinis commiscere.

Aliud itaqꝫ theorema tradit ad facilē faciēdā resolōnes inquiēs nō esse censendū nullā fieri diuersitatē in exponēdis terminis si termin⁹ vnus cū articulo proferať, siue ideꝫ absqꝫ articulo enunciet, ꝓpterea ꝙ magno dñt interstitio dicere. τὴν ἡδονὴν εἶναι ἀγαθὸν καὶ τὴν ἡδονὴν εἶναι τἀγαθόν, hoc est voluptatē esse bonum sine articulo ⁊ voluptatē eē bonū cū articulo, qd̄ nos qm̄ articulos non habemus hunc in modū trāsduximus, voluptatem esse bonū ⁊ voluptatē esse ipsum bonū, melius certe fuisset si potuissem⁹ articulū applicare, sed qm̄ hoc apud nr̄os fieri nequit, qd̄ volumus cōtextus sensuꝫ variata aliquātisper serie obseruauim⁹, idē eni est dicē apd gręcos τἀγαθόν ⁊ apud nr̄os, ipsum bonū, quū enim dicimus voluptatē eē bonū, hoc volumus, voluptatem eē ex bonorum numero, quum aūtē voluptatem esse ipsum bonum, voluptatē esse ipsum bonoruꝫ genus, vnde hęc falsa, illa fortasse vera erit, quare inquit Aristoteles non sunt in expositione simiŀr termini exponendi, sed si concludere animus sit, voluptateꝫ esse bonum sine articulo, voluptatem ⁊ bonuꝫ sine articulo debemus terminos ponere, si aūtem cōcludere velimus voluptatē esse bonuꝫ cū articulo, voluptas ⁊ bonū cū articlo termini ponēdi.

> Alō significare idem apd̄ grecos termino cū articulo positos.

> τἀγαθόν idē qd̄ ipꝫ bonuꝫ apd̄ gręcos.

Et hoc est etiā qd̄ voluit Aluiidus Ros.i expositiōe sua media, quū inqt opꝫ vt accipiať Ve Al. cognitionis, sine el, articulū, hoc eni idē sigt apud arabicos, qd̄ apud gręcos suus articulus, puta τό, ὁ ⁊ apud hebręos suum הידיעה ה qd̄ est he cognis, qd̄ ideo he cognis nūcupať, qm̄ ꝓsupponit nomē, cui applicať ante fuisse ꝓcognituꝫ,

> Dictū Aluiidi Ros.i de articulo apd̄ arabes qd̄ ꝯsonat grecis.

quemadmodū ⁊ apud grecos articuli, veluti supra lōga expōne satis declarauim⁹, ⁊ Dauidus Tinchia in suis catholicis, ⁊ Apollonius Dyscolus in suo de cōstructiōe referūt. Uerū hec magis ad lsatorem ac grāmaticū ptinerēt, q̄ logicū aut Phm. Ad reliqua igit̄ trāseamus.

¶ Nō est autē idem neq̄ esse neq̄ dicere/ꝙ cui b/inest/huic omni a/inest, ⁊ dicere/cui oī b/inest, ⁊ a/omni inest, nihil eniz prohibet b/ ipsi c/inesse, nō omni autē, vt sit b/honestum quid, c/ꝟo albū, si igit̄ albo alicui inest honestum qd, verū dicere/ꝙ albo inest honestū, sed nō omni fortasse, si itaq̄ a/inest ipsi b, non omni autē de quo b, neq̄ si b/omni c, neq̄ si solū inest, necesse a/nō ꝙ non omni, sed neq̄ inesse. Si autē de quocūq̄ b/vere dicatur/ huic omni inest a/accidet a/de quo omni b/dicitur/de hoc omni dici, si tamē a/dicit̄ de quo vtrīq̄ b/dicat̄ de omni/nihil prohibet b/inesse ipsi c, nō omni autē ipm a/aut oino nō inesse. In tribus itaq̄ terminis, videlicet de quo b/ omni a/dici, hoc est de quotcunq̄ b/dicit̄/de omnibus dici ⁊ a/ ⁊ si b/de omni ⁊ a/itidem, si ꝟo nō de omni/nō necesse a/de omni.

κα[θ'] ὅτου

ἐκ μέρους

¶ Dicūt nōnulli intentionē esse Aristotelicā mōstrare ꝙ in pma figura nō pōt vl'is affirmatiua ꝯcludi/nisi vtreq̄ ppōnes sint vl'es, de maiore nāq̄ nemini dubiū, ꝙ si ꝯ sit vl'is, opꝫ ipsaꝫ vl'em esse, sed de minore hoc monstrat impsentia. Hec illi. ¶ Sed pace eoꝝ dixerim non recte sentiūt, si eni hoc faceret/supflue faceret, naꝫ de hoc satis pertractatum est supra/vbi agebamus de sylli structura. ¶ Aliud itaq̄ est, qd̄ hoc in loco vult Phs, qm̄ eni complures antiquoꝝ nō vtebant̄ inter disputādū manifesto syllo, sed quasi ex vna ppōne ꝯclōnē inferebant, ex vna inquā ppōne nō simplr prolata, sed potius eo modo cōuersa, quo ppōnes cōuertere in 2° poꝝ volumine docet Aristoteles, qm̄ inquā hoc ita est, docet nūc Phs quō tales sylli resoluēdi dicens, nō esse idē s̄m rei nām neq̄ etiā s̄m proferendi modū, cui b/inest, huic omni a/iesse, ⁊ cui omni b/inest, huic omni a/inesse, ppterea ꝙ quū vtraq̄ istaꝝ binas ꝯtineat ppōnes, hec que dicit, cui omni b/inest, huic oī a/inesse idem vult ac si diceremus, omne c/a, omne c/b, illa ꝟo que inquit, cui b/iest, huic omni a/ineē signt ꝙ omne c/a, ⁊ ꝙ c/est b, hoc eni fieri pōt, ꝙ aliqd̄ c/ sit b, nō tn̄ ꝙ omne c/sit b, puta in exēplo, sit b/honestuꝫ aliqd, c/ꝟo albū, si igit̄ aliqd̄ albū sit honestū, veꝝ est dicere/ꝙ honestū inest albo, nō tn̄ fortasse ꝙ honestū insit omni albo, dico aūt fortasse, quemadmodū ⁊ Alexander attestat̄, qm̄ indefinita, veluti supra plerūq̄ diximus, nō soluꝫ de ppōne in parte verificatur, sed ⁊ de vl'r prolata. [Si itaq̄ inest ipsi b.] sensus est, si maior in pma figura sit/aut idefinita/aut in parte minore quocūq̄ se hāte, nō solū nō sequit̄ vl'is ꝯclo ex necessitate, sed neq̄ etiā idefinita, hoc est ergo/qd̄ dicit, si a/maior extremitas iest ipsi b/medio termino, nō autē omni insit b, siue b/medius in minore accipiat̄ inesse oī c/minori extremo, siue etiā nō omni inesse, sed solum inesse, vt minor sit indefinita, non solū nō est necessariuꝫ ꝙ insit omni, sed neq̄ etiā nc̄iuꝫ ꝙ simplr insit, hoc est non soluꝫ nō sequit̄ ex necessitate cōclusio vl'r affirmatiua, verū neq̄ ꝯclusio indefinita, ⁊ hoc est qd̄ voluit dū inquit, necesse a/nō ꝙ nō omni, sed

Expō q̄rūdā falsa.

Expō authoris ppria.

Nota diffā inter has ppōnes cui oī inest b/⁊ cui inest b/huic oī a/inesse.

neq̄ inesse. [Si aūt de quocūq̄ b.] τὸ κατ' ὅτου inquit Alexāder equale est τῷ κατὰ παντός, ⁊ ideo nos trāsduximus de quocūq̄, est autem sensus ꝙ si vtreq̄ ppōnes vl'r affirmatiue sint ⁊ vere, ex his sequetur ꝯclo vl'r affirmatiua ⁊ vera, ⁊ hoc est qd̄ voluit dū īqt, si aūt de quocūq̄ b/vere dicatur/huic omni inest a/accidet a/de quo omni b/dicit̄, de hoc omni dici, hoc est si a/maior extremitas pdicet̄ de omni b/medio, ⁊ b/de omni c/minore, sequit̄ ꝙ accidet ex necessitate a/in cōclōne pdicari de omni c, puta in exemplo/sit a/aīal, b/rōnale, c/hō, aīal de omni rōnali, b/de omni hoīe, a/igit̄ de oī hoīe. [Si tn̄ a.] sensus est, si maior accipiat̄ in parte/cū minore vl'i, nihil sequit̄ ex nc̄itate, ⁊ hoc qm̄ supra mōstrauimus in pma figura si maior in parte extiterit nullaꝫ fieri syllogisticaꝫ cōplicationē, ait ergo/si a/dicat̄ de illo de quo oī dicit̄ b, nihil prohibet ꝙ b/mediū insit omni c/in minore, ⁊ ipm a/non solum nō insit oī c/minori extremo in ꝯclōne/imo qd̄ amplius neq̄ oino isit, hoc aūt ⁊ paulo supra diximus. [In tribus itaq̄ terminis.] sensus est, ꝙ in talibus ppōnibus que potētia tres hāt termios q̄les sunt, quas nūc exposuit, queq̄ a Theophrasto referente Alexādro κατὰ πρόσληψιν seu s̄m assumptionez nuncupant̄, propterea ꝙ he quodāmodo tres hāt terminos, in hac eniꝫ de quo omni b, de illo ⁊ a/omni, in duobus terminis a/⁊ b, quasi ⁊ tertius cōphēdit̄, ꝑterq̄ ꝙ nō similr determinatus est ⁊ manifestus, quēadmodū illi, in talib⁹ inquaꝫ ppōnibus, que sola dictione dnt a cathegoricis, vt īquit Theophrastus in libro de affirmatione, quū dicim⁹, de quo omni b, de illo omni a/significamus ꝙ de quibuscūq̄ b/dicit̄, de illis oībus ⁊ a/dicit̄, ⁊ ꝙ si b/de omni dicit̄ c, ꝙ ⁊ a/de omni c/dicit̄ in ꝯne, si ꝟo b/non de omni dicat̄ c, sed puta de aliquo, aut idefinite, nō est necessariū a/de omni c/in ꝯne dici. Et hec Aristoteles de taliū rōnū resolutione. ¶ Iuniores tn̄ referente Alexandro/nō appellabant rōnes istas syllogisticas, sed παρεπτικάς, hoc est ꝯsecutiuas, qm̄ in his ex ppōnibus nc̄io sequeret̄ ꝯ, nō autem s̄m ordinem syllogisticū essent disposite, fit autē ⁊ in huiuscemodi cōplicatiōibus fallacia eo ꝙ pene seu vt grece loquar παρὰ μικρόν, ppterea ꝙ existimamus idē esse, cui b/inest/illi omni, a/inesse ⁊ cui omni b/inest, illi oī a/inesse, qd̄ tn̄ non est veruꝫ, ⁊ ideo plerūq̄ decipimur, quēadmodū ⁊ in plerisq̄ alijs accidit, vt in perpulchro exēplo qd̄ ponit Alexāder, si nihil est, neq̄ dies est, si nō est dies est nox, ergo si nihil est/nox est, in hoc eniꝫ cōsimilr accidit fallacia in eo ꝙ pene, qm̄ existimam⁹ nihil differre simplr dicere, si nō est dies/est nox, ⁊ dicē cū alia additione, si nihil est/non est dies, si non est dies est nox, hec eni q̄maximo a seinuicē differūt interstitio.

Nota dictum Alex. ꝙ ppōnib⁹ supradictas quas greci Iuniores vocabāt παρεπτικάς. idest ꝯsecutiuas: nō autē syllogisticas.

Nota exēplū pulchrū Alexandri.

¶ Nō opꝫ autē existimare/penes id qd̄ exponimus aliquid/accidere absurduꝫ, nihil enim vtimur eo qd̄ est hoc aliquid esse, sed quēadmoduꝫ geometra pedalē ⁊ rectaꝫ hanc ⁊ sine latitudine dicit, que nō sunt, veruꝫ nō sic vtit̄ tāq̄ ex his ratiocinās, oino eniꝫ/qd̄ nō est vt totū ad partē/⁊ aliud ad hoc vt pars ad totū ex nullo taliuꝫ monstrat ipse mōstrans, neq̄ fit syll's, expōne ꝟo sic vtimur, quēadmoduꝫ ⁊ sensatione/addiscentē dicentes, nō enim sic tāq̄ ꝙ sine hoc demōstrari nō possit, quēadmodum ex quibus syllogismus.

¶ Occurrit tacite q̄ōni, posset eni quispiā non imerito dubitare circa superius disputata inquiēs, ea que diximus

non ob

non ob id vera esse, q2 ita se habeāt, sed qm̄ elemētis vsi sumus dū exponeremus cōplicationes ac theoremata, quę supra tradidimus, quapropter relinquet̄ ea vera eē nō ex parte formę syllogisticę, sed iuxta māam ipsaꝝ, qua male vtebamur in theorematis exponēdis. ¶ Solvēs itaq3 dubitationē istā Phs ait, nō hęc accidere pęnes expositionē, qua vsi sumus, qm̄ exēpla adduximus, non ꝙ ita penitus res se hēet, sed vt addiscētes melius perciperent, quēadmodū ⁊ geometra in expositionib9 suis pedalem plerūq3 ac rectā ⁊ sine latitudine vocat lineā, quę tn̄ neq3 pedalis est, neq3 recta, neq3 sine latitudie, nāq3 velati in posterioribus etiā dī geometra nihil cōcludit ſm hanc lineā, quā ipse posuit, sed quę per hęc ostenduntur, qm̄ quēadmodū in hera nālis auditus īquit Aristoteles mathematicus abstrahit ⁊ abstrahētes mendaciū nō cōmittunt, non igit̄ vtimur huiuscemodi expōne tāq̄3 per hāc ratiocināntes ac syllm facientes, qm̄ nūq̄3 fit vere syllo nisi aliqd se hēat vt totū ⁊ aliqd vt pars, hoc est vt aliud sit prędicatū, aliud subm, hoc eni signt totū ⁊ pars, est aūt cōplicatio hęc ppositionū in pma figure, dixit aūt vt totum, qm̄ nō semp prędicatū se hz in plus ⁊ subm in minus, sed aliqn̄ retrouersum, aut ęqualr. ⌊Expōne ꝟo sic vtimur.⌋ Hoc est quēadmodū in mathematicis sensu addiscentes vtimur describentes pedalē, quę nō est pedalis, ⁊ rectaz quę nō est recta, eo ꝙ nō possumus sola imaginatione demonstrationē facere, ita ⁊ in his vsi fuimus expōne, dicentes ipsuz addiscentē melius quę dicunt̄ pcipere, nō tn̄ hoc dico ꝙ sensu ac expōne vtamur tāq̄3 sine his demonstratio fieri nequeat, quēadmodum dicere cōsueuimus demōstrationē effici nō posse sine ıis ppōnibus, ex qbus cōstruit̄ sylls, sed sensu atq3 expōne vtimur, quemadmodū ⁊ Philoponus in posteriorib9 īquit tāq̄3 causa instrūaria, neq3 enim phas est ꝙ vilius dignioris sit causa, puta sensus demonstrationis aut scię, sed aia nr̄a tāq̄3 sopita ⁊ dormiēs per sensum excitat̄ ⁊ expergiscit̄, vt qui igniculū in nobis existētē moueat ⁊ accēdat, veluti in exēplo ac similitudie, nō cognoscebat̄ Ulysses Homericus, nisi forte fortuna cicatrix antiquissima sub oculos deuenisset, hac visa statī3 agnitus est, nō pp̄terea ꝙ cicatrix causa fuerit hāc cogn̄e efficiēs, s3 potius instrumentaria quędā occasio, per quā talis notitia genita est. Ita igit̄ ⁊ in proposito elntoruz expositio tāq̄3 instrm ac via ad ea quę volumus itelligēda nos deducit. Expōnē ꝟo nūcupauit elemētoꝝ appositionē, qualē mathematici faciunt, vnde ⁊ Proclus in pmū elntoꝝ Euclide vult pblema sex in partes distingui ac secari, ppōnē, expositionē, determinationē, ꝯfirmationē, demōstrationē, ⁊ cōclusionē, ppositio est quę dicit, quid datū, qd quęsitum. Expositio, quę datuz ac concessum pręparat ad qōnem. Determinatio qd est ipsuz quęsituz definit. Confirmatio ad quęsitū venandū cōcessum accōmodat. Demōstratio ex cōcessis cōcludit ppositū, conclusio iterū ad ppōnem reuertit̄ cōfirmans, qd monstrat̄. Sed de his hactenus. Hoc igit̄ in loco quēadmodū ex snia diximus Alexādri atq3 Philoponi intentio est Aristotelica occurrere tacite obiectioni, cur sit ꝙ elementoꝝ expōne vtat̄, quum tn̄ vnum respectu alterius neq3 totius neq3 partis rat̄ oneꝫ habeat, nōnulli tn̄ nō hāc dicūt eē Phi itētiōeꝫ, sed magis velle ipz errorē q̄rūdā emēdare credentiū, q2 dū terminos exponim9, ipsos ſm rectū exponim9, ita ēt eos intelligēdos ac ꝯstimādos eē ı ppōnib9 s3 rectū, qd tn̄ falsuz est. Hęc illi. S3 mea snia lōge antiqor est pōr expositio.

¶ Nec lateat aūt nos ꝙ in eodem syllō nō oēs cōclusiones per vnā figurā sunt, verū3 hęc p hanc, illa ꝟo per aliā. Planuz igit̄ ꝙ resolutiones ita faciēdū, qm̄ aūt non omne problema in omni figura, sed in vnaquaq3 ordinate, manifestum ex cōclusione in qua figura quęrendū, ⁊ ex rōnibus quę sunt ad definitionez quęcūq3 ad vnū3 aliquid redarguunt eoruz quę sunt in definitione ad qd redargutū3 est, ponēdum terminū, ⁊ nō totā rationē, accidet eni minus cōturbari pp lōgitudinē, quemadmodū si aquā monstrauit, qm̄ humidū potabile, potabile ⁊ aquā terminos ponēdum.

¶ Qm̄ sermo est de resolutione, sunt aūtē plures ex syllīs cōpositi, veluti supra distiximus, scire īqt opz ꝙ in talibus syllīs nō oēs ꝯnes p vnā ꝯcludunt̄ figurā semp, sed accidit aliqn̄ oēs fieri in vna, nōnūq̄3 vnā in vna, ⁊ aliaz in alia, puta in exēplo si dicamus, oē b a, oē c b, oē d c, g̊ omne d a, oē corpus suba, oē aial corpus, ois hō aial, ois hō suba, cōclusiones huius sylli oēs sunt in pma. Iterum si dicamus, nullū b a, omne c a, oē d b, nullum ergo d c, nullum inanimatum est animal, oē sensibile est aial, ois lapis inaiatum, nullus lapis sensibile, oēs sunt in secūda. Iidem ⁊ in tertia oēs fient, si dixerimus, omne c a, oē c b, omne b d, aliqd ergo d a, ois homo suba, ois hō coloratum, omne coloratuz quale, aliqd igit̄ quale suba. Sunt ⁊ cōpositi sylli alterius hūtes ꝯnes, vnaz in pma, alterā in scda, vt in exēplo, oē b a, omne c b, nullū d a, nullus ergo d c, omne corpus suba, oē aial corp9, nullus nūs suba, nullus itaq3 numerus aial. Sunt ⁊ qui vnā habeāt in p̄a, alterā in tertia, vt omne b a, oē c b, oē c d, aliqd igitur d a, oē aial corpus, ois homo aial, aliqs homo est albū, aliqd igit̄ albū corpus. Sunt ⁊ aliq vnā hūtes in scda, alterā in tertia, vt nullus b a, oē c a, oē c d, aliqd d nō est b, nullus homo inanimatus, ois lapis inaiatus, ois lapis insensibilis, aliqs ergo lapis nō est hō. Possumus ⁊ oēs similiter tres figuras miscere, vt vna sit in pma, altera in scda, ⁊ alia in tertia, puta oē b a, oē c b, nullū d a, omne d e, aliquod igit̄ e non est c, oē aial sensibile, ois homo aial, nullus lapis sensibile, ois lapis corpus, aliqd itaq3 corpus non est homo, quū itaq3 ita sit, ꝙ aliqn̄ oēs ꝯnes in vna sint figura, aliqn̄ vna in vna, alia in alia, debemus ita etiaz resolōnes facere, aliqn̄ in vnā figuraz, aliqn̄ in plures, ⁊ qm̄ ex superiorib9 manifestū quę ꝯclōnes in quacūq3 cōcludant̄ figura, planū3 etiā in quā figurā faciēda sit resolutio. ⌊Et ex rōnibus quę sunt in definitione.⌋ Aliud theorema tradit, quo facilē poterimus facere resolōnē, ait eni fieri aliquando rōnes aliquas, quibus destruimus definitionem mōstrātes particulā aliquā definitionis nō inesse definito, opz eni nō solū totā simul definitionē de definito prędicari, sed ⁊ quācūq3 ipsius partē per se, ⁊ pp̄terea quum aliqua inquit rōne partez definitionis, nō aūt totā redarguimus definitionē, debemus tn̄ ponere in terminis partez illā, ad quā fit redargutio, nō aūt rationē ac definitionē totā, accidit eni minus perturbari cōdisputātes ꝯ longitudine orōnis, si eni totā poneremus definitionem, nimis lōga eēt disputatio nr̄a ⁊ fastidiū pareret nō mediocre, quēadmodū in exemplo, si quis definiret aquā dicēs aquam esse humidū potabile, non debemus totam istaz definitionē exponēdo afferre, qm̄ nō destruimus omnes partes, sed eā tn̄ in mediū debemus adducere, quā perimere intendimus, ꝙ eni aqua sit humidum planū est, ꝙ autē sit potabile, hoc est qd in redargutionē venit, redarguit̄ aūt inquit Alexander definitio, qm̄ nō pōt idē inesse

Exempla adducit nō q2 res ita se hēat vino s3 vt discentes melius percipiant.

Sensus ⁊ expositio sūt ca ūse instrūrie ad cognoscēdū, nō principales.

Problema sex in ptes secari.

Qn̄ ptē aliquā dfinitionis redarguimus nō tota dfinitio s3 pars illa est in rōne ponēda.

Qñ redargui definitio duob9 modis de mēte Alexandri.

definitioni ⁊ definito, ⁊ hoc est in scda figura, aut econuerso, quū nō pñt eidem inesse definitio ⁊ definitū, ⁊ hoc fit in tertia figura. Plurimi loci alij sunt ad destruendā definitionē, quos impñtia ēnumerare superuacaneum, ac de qb⁹ cū diligētia ptractat̃ in 6° topicoꝝ, sʒ q̄ faciūt ad faciliorem resolutionem. Hec sunt que diximus.

¶ Amplius aūt ex suppōne syll'os nō tētādūʒ reducere, nō eniʒ est ex positis reducere, nāqʒ nō sunt ostēsi per syll'm, sed per compositionem cōfessi oēs, quēadmodum si supponēs, si vna quedā potētia nō sit ꝯrioꝝ, neqʒ sciētiā vnā esse, postea disputatū sit, ꝙ nō est vna potētia cōtrarioꝝ, vt sit sanabilis ⁊ egrotabilis, simul eniʒ idem erit sanabile ⁊ egrotabile, ꝙ itaqʒ nō est vna oīum ꝯrioꝝ potētia mōstratum est, ꝙ aūt scia nō est nō fuit mōstratū, atqui cōfiteri necessarium, sed nō ex syll'o, verū ex suppositiōe, hāc igitur non est reducere, ꝙ autem nō vna est potentia, sic enim fortasse ⁊ syllogismus esset, illud xᵒ suppositio.

¶ Qm̄ superius dixerat quicqd ostēsiuo monstrat̃ syll'o, posse idem ⁊ suppositorio mōstrari rōcinio, non imerito aliqs ambigeret d̄ suppositorioꝝ sylloꝝ resolōne, an eodē pacto resoluerent̃, quo ostēsiui, ait itaqʒ nō eē tētādā resolutionē syll'oꝝ qui sunt ex suppōne, qm̄ nō cōcludūt ex positis, sed ex suppositis, quēadmodū a pn̄cipio etiaʒ dicebamus, ex suppositis inquaʒ, ppterea ꝙ non ostendunt̃ per syll'm, nā pprie syll's dicit̃ qui est ostensiuus, sed oēs sunt cōfessi per cōpositionē, qm̄ cōponimus inter nos, si de vno aliquo mōstratū fuerit, ꝙ de oīb⁹ sit manifestū, ⁊ hi pprie vocant̃ ex suppōne sylli, quemadmodum supra quoqʒ exposuimus, in hoc genus itaqʒ rōcinij nō est tētāda resolutio in cōiuncto aut cōtinuo, sed in trāsumpto, fit eni syll's ostensiuus ad transumptū, vt supra recitauimus, connexū xᵒ ex suppōne accipit̃, aliqñ tñ etiā monstrat̃ si ignotū extiterit, quemadmodū ifra elucidabim⁹. [Quemadmodū si supponēs.] hoc est, quemadmoduʒ si quispiā volens monstrare nō esse cōtrarioꝝ sciaʒ vnaʒ, ⁊ p̄us ex ꝯcessione accipiat, si nō est vna ꝯrioꝝ potentia, ꝙ neqʒ sit sciētia vna, deinde disputet atqʒ ostēsiuo monstret syll'o nō esse ꝯrioꝝ potentiā vnam, puta sanabilis ⁊ egrotabilis, que ꝯria esse supponunt̃ hūc in modū, sanabilis ⁊ egrotabilis nō est eadē potētia, sanabile ⁊ egrotabile sunt ꝯria, ḡ cōtrarioꝝ nō est eadē potētia, si eni sanabile ⁊ egrotabile haberēt eandeʒ potētiā, eiusdē eēnt effectiua, qᵭ nō videmus, hoc autē est qᵭ voluit, dum īqt, simul enim idem erit sanabile ⁊ egrotabile, ac si diceret, sanabile ⁊ egrotabile haberent eandē effectū, monstratuʒ est itaqʒ per syll'm nō esse vnā cōtrarioꝝ potētiā, ꝙ autē coꝝdem nō sit vna scia, hoc nō fuit mōstratū, sed ex suppositiōe acceptū, hāc itaqʒ oīonē ex suppōne acceptā nō licet resoluere, sed rōnē mōstrantē nō esse vnā ꝯrioꝝ potētiā, possumus resoluere, sic eni fortasse fieret syll's, fortasse dico, qm̄ neqʒ omne transumptū per cathegoricum monstrat̃ syll'm, sed aliquādo tāq̄ manifestū ponit̃.

¶ Cōsimilr aūt ⁊ in ijs qui per impol'e cōcludūtur, neqʒ eni hos est resoluere, sʒ ad iposibile abductionē est, syll'o nāqʒ mōstrat̃, alteꝝ xᵒ nō est, ex suppositiōe enim cōcluditur, differūt autem a predictis, qm̄ in illis quidē opʒ precōfiteri, si debet assentiri, quēadmodum si mōstrata fuerit vna ꝯrioꝝ potētia ⁊ sciaʒ eandem esse, hic autē ⁊ nō precōfessi cōcedunt, eo ꝙ manifestum est falsum, veluti si posita fuerit diameter cōmēsurabilis, imparia equa eē paribus, multi xᵒ ⁊ alij ꝯcludūtur ex suppositione, quos opʒ cōsiderare ⁊ notare pure, q̄ igit̃ sint hoꝝ differentie, ⁊ quot modis fit qᵭ est ex suppōne, postea dicemus, nunc aūt tm̄ sit nobis manifestū, ꝙ non est resoluere tales syll'os in figuras, ⁊ ob quā cām diximus.

¶ Eodeʒ ingt pacto, quo faciebamus in ijs qui ex suppositione ⁊ cōcessione protendunt, faciēdū etiā est in deducentib⁹ ad impol'e, ⁊ ex hoc loco planuʒ, ꝙ per syll'os ex suppōne nō oēs itellexit hypotheticos sed eos tm̄ qui ex precōcessiōe monstrabāt, nō licet itaqʒ deducētes ad incōmodū resoluere, hoc est cōnexū, qᵭ in eis efficitur, sed abductionē ad impol'e, hoc est syll'm ad transumptū, fortasse valebimus resoluere, syll'o eni ostensiuo monstrat̃. Ubi scias abductionē, veluti ⁊ supra diximꝰ pprie nūcupari, quū ab vno q̄sito in aliud fit transitus, qᵭ etiā in deductione ad incōmoduʒ fieri videmus. ¶ Aliud etiā ex cōtextu notandū ꝙ soluʒ ostensiuū ac cathegoricū vocat syll'm, hypotheticos xᵒ nō syll'os, sed ex suppōne syll'os, verū autē definitio sylli hypotheticis etiā ꝯueniat lferi⁹ disputabit̃. Transumptū itaqʒ est, qᵭ syll'o cōstruit̃, alterū xᵒ hoc est ꝯclō p̄maria nō monstrat̃ syll'o ostensiuo, sʒ ex suppōne ⁊ ꝯditionali rōcinio. [Dīnt aūt a p̄dictis.] hoc est differunt sylli ex preconfessione, ⁊ deducentes ad incōmodū, qm̄ in illis p̄cōfessione opus est, nisi eni aliqs cōcedat, si vna sit ꝯrioꝝ potētia, ⁊ sciam eandē esse, nihil ex necessitate ad ppositu cōcludemus, in his autē deducentibus ad impol'e, siue quis cōcesserit, siue nō, oīno ppositū cōcludit̃, tum qꝛ id ad qᵭ fit deductio, est falsum manifestū, tuʒ xᵒ qꝛ ex duob⁹ cōtradictorijs si vnaʒ est falsum, alteꝝ ex necessitate est verū, veluti si ponat̃ diameter coste cōmēsurabilis, sequit̃ paria imparib⁹, equalia esse, veluti supra dedaximꝰ, qᵭ pculdubio est falsuʒ, ⁊ si hoc falsum, falsum ⁊ illud ex quo sequit̃, q̄re suum ꝯdictoriū verum, hoc est diametruʒ nō esse cōmēsurabilem. [Multi xᵒ ⁊ alij.] idest sunt ⁊ pleriqʒ alij hypothetici, quos opʒ diligēter ꝯsiderare ac notare, quēadmodum a maiori, a minori, a simili, a cōiugatis, ⁊ ꝯsil'es, vel magis qui per totū hypothetici nuncupant̃, hi eni notādi sunt, qm̄ fortasse si diligēter inspiciamus in tres predictas resoluent̃ figuras. [Quot igit̃ sint.] hoc est quot modi sint suppositorioꝝ syllogismoꝝ, ⁊ quō inter se differant dicemus postea in 2° p̄oꝝ, ac p̄ posterioꝝ. Nullū eni compo suisse librū altū dī de hypotheticis syll'is, sʒ Theophrastus atqʒ Eudem⁹ tractatū de his fecerint in suis analyticis ac cōplures alij tā latini q̄ greci sup ijs sermonē habuerint. ¶ Atqʒ h̄ hacten⁹ digesta sufficiāt p̄ d̄ resolōne ac ptibus dialectices, deqʒ resolōnis spēbus ac eiusdem inuētore, hec eni oia superius ptractauimus, addita etiā Albumaçaris opione ꝙ mediꝫ inuentio resolutio quedaʒ sit, deinceps de fallacijs circa resolutiones agentes exposuim⁹ quō libri auscultatoriꝫ historie vocent̃, ꝙqʒ nescio sequi ⁊ syllogistice seqꝫ nō cōuertant̃, que sint rōnes nuncupate inartificiose cōcludentes, quō verū sit intelligibilem Aristomenē semꝑ esse, qdqʒ sit fallacia, quā Stoici vocāt οὔτινα, quid sit eo ꝙ pene, quō Sorites fiat, quō grece dicant̃ cōcretū ⁊ abstractū, ꝙ falsum sit in mistiōe necessarij

In syll'is hypotheticis est tentāda resolutio in transumpto nō in cōtinuo.

Abductiō qd sit vt supra.

Nota syll'os hypotheticos nō syll'os sed ex suppositione syll'os vocari.

Nota q̄ sunt alij sylli hypothetici.

Theophrastus ⁊ Eudemus tractatus d̄ syll'is hypotheticis fecerunt: sed non Aristoteles.

necessarij ꝛ inexistētis minorē oportere esse inexistentē simplr, hoc est in mā necīa, qd sunt anguli recti, qd anguli equales, quō demonstretr triangulū oēm hīe tres angulos eq̄les duob9 rectis, deinceps soluta perpulchra Philoponi dubitatione circa ptextū, reddita insup rōne, cur medius terminus genus nuncupetr, postea enarrauim9 qd tēpora, qd tēpus, cur rectus vocatio dicatr, soluta subinde alia Philoponi qōne, recitatis ibidē q̄pluribus opinionib9 sup nūero pdicamētoꝝ. Deinceps agētes de reduplicatiuis diximus qd reduplicatio, qꝛqꝫ ptextus latin9 ad greci sīlitudinē ambiguus trāsferendus erat, qd supra pdicatū, q falsum sit, qd Juniores dicūt, reduplicationē minoris supra mediū fieri, q in scda non fiat reduplicatiuus syll9s, q vere reduplicatiua nulla sit negatiua, quō reduplicatiue ꝯuertantr, qd sitqd ens qd ipsꝫ ens, qꝛqꝫ a seinuicē nō parū differāt, refutatis ibidē Simplicij atqꝫ Adrasti opionib9, quō articulus in oꝛonib9 diuersitatē faciat, qd sit apud hebreos hec cognitiōis, qd ppōnes sꝫ assumptionē, qd sint παρεκτικα / ꝛ cōsecutiue rationes, quō sensus sit scię causa, quid expositio, quō cōpositi syllogismi varientr sm figuraꝝ diuersitatē, ac demū q ppe ex suppōne sylli nuncupentr. His itaqꝫ transactis agēdū erit deinceps de mutua syllogismoꝝ resolutione.

DE MVTVA SYLLOGISMORVM RESOLVTIONE.

Q-uecūqꝫ vo pblematuꝫ in pluribus mōstrātur figuris, si in altera rōcinatū fuerit, est reducere syllm in alteram, quemadmodum priuatiuū qui est in prima, in secūdam, ꝛ eum qui est in media in primam, nō oēs autēꝫ sed quosdaꝫ, manifestum vo erit in sequētibus. Si eniꝫ a nulli b, b autem omni c, a nulli c, sic igitur prima figura. Sin autem priuatiua cōuersa fuerit media erit, nam b nulli a, omni vo c inest. Cōsimiliter autem ꝛ si nō vniuersaliter, sꝫ in parte syllogismus sit, quemadmodū si a nulli b, b vo alicui c, cōuerso enim priuatiuo media erit figura. Syllogismorum vo qui in secūda, vniuersales quidem reducentur in primam, eorum autēꝫ qui in parte alter solus, sit enim a b quidem nulli, c vo omni inexistēs. Conuerso igitur priuatiuo prima erit figura, nam b nulli a, a vo omni c inerit. Si vo prędicatiuum sit ad b, priuatiuum autēꝫ ad c, primum terminum ponēdum c, hoc enim nulli a, a vo omni b, q̄re c nulli b, ꝛ b igitur nulli c, nāqꝫ cōuertitur priuatiuuꝫ. Sin autē in parte syllogismus, quādo priuatiuum quidēꝫ sit ad maius extremū, reducetur ad primā, quēadmoduꝫ si a nulli b, c vo alicui, cōuerso enī priuatiuo prima erit figura, nā b nulli a, a vo alicui c, sed quum prędicatiuum nō resoluetur, veluti si a b quidēꝫ omni, c vo nō omni, neqꝫ enim suscipit conuersionem a b, neqꝫ facta erit syllogismus. Rursus qui in tertia figura non omnes resoluentur in primaꝫ, qui vo in prima omnes in tertiam, insit enim a, omni b, b autem alicui c, ergo quoniam conuertitr ꝛ prędicatiuum in parte, inerit c alicui b, a vo oi inerat, q̄re efficitur tertia figura, ꝛ si priuatiuus syllogismus sit, cōsimilr, cōuertitur eniꝫ prędicatiuū in parte, q̄re a nulli b, c vo alicui inerit, syllogismoꝝ autem q in vltima figura, vnus solus non resoluitur in primam, qn̄ priuatiuum fuerit nō vniuersaliter positū, alij vo omnes resoluūtur, prędicētur namqꝫ a ꝛ b de omni c, igitur c conuertetur in parte ad vtrūqꝫ, inest ergo alicui b, q̄re erit prima figura, si a quidem omni c, c vo alicui eorum quę b, ꝛ si a quidem omni c, b autem alicui, eadem ratio, cōuertitur eniꝫ c ad b. Si vo b omni c, a autēꝫ alicui c, primum terminuꝫ ponēdum b, b namqꝫ omni c, c vo alicui a, sed qm̄ conuertitur quod in parte ꝛ a alicui b ierit, ꝛ si priuatiuus syllogismus terminis existētib9 vniuersaliter similiter accipiendū, insit enim b omni c, a vo nulli, ergo alicui b inerit c, a aūt nulli c, q̄re erit mediū c, ꝯsimiliter autē ꝛ si priuatiuū quidēꝫ vniuersaliter, pdicatiuuꝫ vo in pte, nāqꝫ a nulli c, c vo alicui eorum quę b inerit. Qꝫ si in parte acceptū fuerit priuatiuū, nō erit resol'o, quēadmoduꝫ si b oi c, a vo alicui nō insit. Conuerso enim b c vtrꝫqꝫ ppōnes erūt sm partem. Planuꝫ aūt ꝛ q ad resoluēdas figuras in seinuicē ppositio, quę ad minus extremū cōuertēda in vtrisqꝫ figuris, hac eni trāsposita trāsitio efficiebatr. Eorum vo qui in media figura, alter quidē resoluitr, alter aūt nō resoluitr in tertiā, qn̄ eni qd vl'e priuatiuū sit resoluitr. Si enim a nulli b, c vo alicui, vtraqꝫ silr cōuertuntur ad a, quare b qdē nulli a, c aūt alicui, mediuꝫ igitr a, sed qn̄ a omni b, ipsi vo c alicui non insit, nō erit resolutio, neutra eniꝫ ppositionum ex ꝯuersione vl'is, ꝛ qui ex tertia figura resoluentr in mediā, qn̄ priuatiuū sit vl'e, quemadmodū si a nulli c, ipm aūt b alicui aut omni, nāqꝫ ꝛ c a quidē nulli, ipsi vo b alicui inerit. Qꝫ si in parte sit priuatiuū, nō resoluetr, nō eni suscipit cōuersionem negatiuū in parte. Manifestū igitr q ijdēꝫ sylli nō resoluūtur in his figuris, qui neqꝫ in primaꝫ resoluebantr, ꝛ q quū sylli in primaꝫ reducātur figurā, isti soli per impossibile concluduntur, qno igitr oportet syllogismos reducere, ꝛ q resoluuntur figure in seinuicem, planum ex dictis.

Qd̄ superius dixerat nūc exponit, sup eni quū fecit huius intentionēꝫ pponeret

Oñdit quo q̄ dicta sūt s resolone ꝯfe rūt ad ea q̄ s trib⁹ figuris dicta sunt.

inquit, accidet aūt simul ⁊ prius dicta ꝯfirmari ⁊ planio ra esse, hoc itaq̧ impñtia declarat, si nāq̧ sciuerim⁹ quō sylli ad seinuicem reducanť, cognoscemus etiā quo pa cto vnaqueq̧ duarū figurarū a prima deriuetť. Ceterū quo propositi sensus atq̧ ordo planior sit, altius aliquā/ usper exordiť inquiens. ❡ Problematū alia quidē ge/ nū, vt in vna tñ cōcludanť figura, quēadmodū vlr affir matiuū, alia in binis, veluti negatiuū itidē vle ⁊ affirma tiuū in parte, alia in trib⁹, ceu negatiuū in pte, ait itaq̧,

Diuisio ꝓble matū sm̄ tres figuras.

si problema aliqđ in pluribus cōcludať figuris, q̄ possi mus mutuā resolutionē facere, quemadmodū negatiuū in prima vlr aut in parte possumus ad scdaz traducere ⁊ retrouersuz, nō aūt de oībus hoc verū est, sed de qbusdā, mōstrabiť nāq̧ in sequētib⁹ q̄ quartus scde ⁊ quītus ter tie nullo pacto ꝑ ꝯuersionē ad pmaz resoluunť, reliq̄ vo oēs resolui pñt, veluti in exēplo, nullū b/a, omne c/b, nul lum c/a, maiore nāq̧ cōuersa fit media figura, puta nullū a/b, omne c/b, nullū c/a. Cōsimilr ⁊ de cōplicationib⁹ in parte dicendū erit, nā semꝑ maiore ꝯuersa ex pma in se cūdā descendimus figurā, veluti in exēplo perspicuum.

Si pblema a/ liqđ i trib⁹ fi guris ꝯcludi/ tur: pt mutua resolo fieri.

Quo sylli se cūde reducā tur in primā.

est syllogisticas. Agere autẽ de principij petitione / de eo qđ est non penes hoc / de falsa ratione / de nõ ratiocinari / de elencho / de deceptione / impotentias syllogisticas recẽsere est, sed de conuersione disputare / de cõmutata cõuersione / de mutua oppositorũ conuersione / de inductione / de exẽplo / de abductione / de instantia / de signo / de enthymemate / de physiognomonia, ânexa ac ꝯsequẽtia syllogismi naturã est recensere. Est itaqz vt breuibus agaz in negocio Phi propositũ potentias primũ syllogisticas determinare / mox impotẽtias / deniqz annexa. Acturus igitur de his omnibus primo recenset trãsitionis modo ea omnia / quę in superiori enarrata fuere volumine, quę tria sm sectorum numerum extitere, primo itaqz quę in primo secto dicta sunt repetit inquiens. In quot igitur figuris et per quales, et quot ppositiones, et quando, et qúo fit syllogismus. Ibi enim statim ad principiũ dictũ est / q in tribus figuris efficitur syllogismus omnis, et per quales ppositiones / hoc est saltem per vnam affirmatiuam / et item vnam vniuersalem / et quãdo / q non semper / sed obseruatis legibus ac cõditionibus cuiuscũqz figurę / et qúo q ita vel ita complicitis propositionibus ex ambabus vniuersalibus aut altera vli et altera in parte. Amplius autẽ in qualia. quę ad scdm sectum attinent / enarrat, ibi eniz exposuit quomodo de vnoquoqz problemate possimus facile cõclusionẽ facere ac medium ad cõclusionez inferendã comperire. Amplius aũt per qualẽ viaz. hic edocet / quę in tertio secto fuere disputata, ibi eniz transegimus / qúo sint per resolutionẽ accipienda ac venãda principia et ppõnes ad vnũqđqz problema concludendũ.

Epilog' quẽ facit Phs in prin° hui' scdi.

Sed quoniaz alij syllogismorum vniuersales sunt, alij sm partez: vniuersales oẽs semper plura ratiocinant̃, ex ijs vo qui in parte / affirmatiui quidez plura: negatiui autẽ conclusionem solã: alię nãqz ppositiones conuertunt̃, priuatiua vero non conuertitur.

Exacto atqz absoluto proęmio, nunc primã potestatez syllogisticam aggreditur declarandaz qúo videlz vnus syllogismus plures cõcludere possit cõclusiones, et inqt, quoniã syllogismorum alij sunt vniuersales / alij sm partez, hoc est / alij vniuersalẽ retinent cõclusionez / particularem alij, ea de causa dicemus vniuersales omnes tam affirmatiuos q̄ negatiuos semper plura ratiocinari, propterea q vniuersalis affirmatiua in particularem cõuertitur et negatiua vniuersalr in seipsam, sed ex particularibus affirmatiuus plures colligit, quia conuersam et conuertentẽ / negatiuus vnam tñ, neqz enim conuertitur negatiua in parte / veluti in priore volumine edocuimus, et ex hoc loco colligimus modos illos / quos perperã Theophrastus Eresius Aristotelicis addiderat, ipse enim nouem primę figurę modos recensuerat, quum tamen alioqui quatuor tñ Phs recensuisset et recte, soli enim illi naturali discursu conclusionez inferunt, alij vo quinqz per accidens quodãmodo et mediate concludunt, quemadmodum et Aluidius Rosadis inquit, nec tamen et hos siluit Aristoteles, duos enim signauit ad finem complicationum inexistentiũ, et hoc in loco alios tres.

Ex hoc loco colligũt tres syllo℞ modi in pria figura quos Theophrast' Aristotelicis addidit.

Sed dubitãt circa pędicta moderniores / quomodo fieri potest / vt sylls vnus plures colligat conclusiones, si enim conclusio essentialis syllogismo est / non poterũt plures esse conclusiones / quin et syllogismi plures sint, q si dicas / quemadmodum nonnulli asserunt / syllogismum bifariã accipi / pro propositionibus tñ et pro propositionibus et conclusione simul, contra in definitiõe sylli ponit̃ ꝯclo,

Dubiũ Modernorum.

ergo est de essentia ipsius, quum eni dicebamus / necesse est aliud accidere / per aliud cōclusionē ipsam intelligebamus. Preterea hoc eodē argumēto supra videbat Aristoteles quū volēs mōstrare syllm cōplicitū ac ꝯnexū plures eē syllos simplices, dicebat / sz ⁊ sic plures sylli, plres eniz ꝯclones. ⸿ Ad hec ⁊ ꝯsilia respōdemus ꝯcedentes ꝯclonem esse de sylli essentia, ⁊ vbicūqz plures conclusiones actu fuerint, ibidem plura fore ratiocinia / ⁊ vbi potentia / ibidem etiā potentia, sed hoc nō vult Aristoteles, verum intentio ac proposito suum est monstrare quō vnus syllus actu cōcludat plures cōclusiones in potētia, hoc eniz est, qđ a pncipio volebamus, quū diceremus ex snia nōnullorū phm hic agere de potestatibus syllogisticis. ⸿ Sed vlterius superest qđ an cōversio ⁊ cōvertens sint eadem ppositio, ⁊ an vna / an plures, quod sint eadez videt posse cōuinci / nā ydem termini in vtraqz ponunt. Preterea inferius vbi de circulari aget mōstratione dicet, nā eadem est ppositio b / nulli a / ⁊ a / nulli b / inesse. ⸿ Ad oppositas etiā partes adducunt rōnes, vbi eniz diuersuz est pdicatū ac subm diuersum / he ppōnes sunt diuerse, sed in cōversa ⁊ cōvertente diuersum est subm ac pdicatuz, sequit itaqz eas diuersas esse. Preterea infra quoqz / vbi aget de circulari mōstratione in tertia figura inquit ad verbū, c / quidē ostensum est alicui b / inesse, b / autē alicui c / non est ostensa, quāuis necesse sit, si c / alicui b / ⁊ b / alicui c / inesse, sed nō idē est / B huic ⁊ illud illi inesse. Preterea fieri negt / vt idē sit notius ⁊ ignotius, sed plerūqz cōversa notior est ꝯvertēte, aut potius in opposm ꝯvertēs ꝯversa / imo ꝙ amplius plerūqz ꝯversa supponet tanqz manifesta / ⁊ cōvertēs demōstrabit, quēadmodū fit in theorematis geometricis, vnde referēte Proclo menechmus ⁊ Amphimacus mathematici nōnulla theoremata vocabāt precedētia / quedaz ἀντίστροφα seu cōvertibilia, ergo sequit ꝙ nō sunt eedē ppositiones. ⸿ Ad has ⁊ consimiles rationes dicimus / quēadmodū ⁊ Juniores / ꝯversam ac convertentez ⁊ easdem esse ppositiones ⁊ diuersas / easdē quidem sm māteriam diuersas vero sm formā, velati ascensuz ac descensum eosdē sm subm dicimus esse motus ⁊ diuersos sm formas, ⁊ ita quū dicit Aristoteles idez esse a / nulli b, ⁊ / b / nulli a / intelligit sm subm, quū vero inquit diuersum esse a / alicui b, ⁊ / b / alicui / a / intelligit sm formam.

> Solutio.
>
> Syllus vnus actu plures cōcludit cōclones in potētia.
>
> Dubiū an cōversa ⁊ ꝯvertens sint vna ppōne argumēt ad vtrūqz.
>
> Solo cōvertens ⁊ ꝯversa sunt eedē sm māteriam diuerse sm formam.

⸿ Conclusio autē aliquid de aliquo est: quare alij quidem sylli plura ratiocinant / quemadmodū si a / monstratuz est omni b / aut alicui: ⁊ b / alicui a / necessarium inesse: ⁊ si a / nulli b / ⁊ b / nulli a. Hoc autē diuersum a precedenti. Si vero alicui non inest / non necesse ⁊ b / alicui a / non inesse. Contingit eniz omni inesse. Hec itaqz cōmunis omniū causa ⁊ eoruz qui vniuersaliter ⁊ eorum qui sm partem.

⸿ Varij vario modo locum istū exponunt, nōnulli enim hoc pacto sniam istā cōtinuā faciunt dicētes / ꝙ postēqz Aristoteles superius docuit syllos aliquos plures colligere ꝯclusiones / qs cōversam ac cōvertentez / hoc in loco occurrit tacite qōni, posset eni quispiā nō imerito dubitare an ꝯclo ꝯuerteret, quēadmodū ⁊ ppōnes cōvertunt, ⁊ inquit ꝙ etiā, sit eni quasi ita rōcinans, ois ppositio cōvertitur eo pacto / quo diximus, sed ois cōclusio est ppō, ergo cōvertit, ꝙ cōclusio ois sit ppō monstrat per diffinitionez ppōnis, nāqz omne qđ dicit aliqd de aliquo est ppositio / sed ꝯclusio dicit aliqd de aliquo / est itaqz ppō. Illi igit hunc in modū. Joānes vero Philoponus hoc pacto, occurrit inquit tacite obiectioni, posset eni aliquis dicere nō recte protulisse Phm / a / nulli / b, ⁊ b / nulli / a / plures esse ꝯclusiones, nō eni plures, sed vna tm̄ sunt, quasi itaqz respōdens inqt Aristoteles plures esse cōclusiones istas, qm̄ cōclusio ois determinatū hz subm ac determinatū predicatū, dicit eni aliquid determinatū / de aliquo determinato, ⁊ ppterea si cōvertēs aliud habet subiectū ac predicatum aliud a conversa, nimirum ab ea diuersa erit ppositio, quare ⁊ syllus vtrasqz cōcludēs diuersas ac plures colliget ꝯclusiones. Hec ille. Antiquior tamē mea snia est prior expositio. [Quare alij quidem.] qđ dixerat exponit / quonā pacto plures ꝯcludant per vnicū syllm. [Si vero alicui nō inest.] hoc est, si cōclusio negatiua extiterit i parte / nō poterimus recte dicere / plures colligi cōclusiones ppterea ꝙ nō cōvertit negatiua in parte, non enim si aliqđ / b / nō est a / sequit / ⁊ aliqđ a / non esse b / imo potest aliqđ b / non esse / a, ⁊ tamē omne a / esse b / quemadmodum aliqđ aial non est hō, ⁊ tn̄ ois homo est animal. [Hec itaqz cōmunis.] cōmunez causam appellat plures faciendi ꝯclusiones, qm̄ eadem est ⁊ in particularibus ⁊ in vlibus, qđ in sequenti modo secus erit.

> Nō cōclusio cōvertitur ⁊ suppositio.
>
> Expō Philoponi.

⸿ Est aūt de vlibus ⁊ aliter dicere: quecūqz enim aut sub medio sunt / aut sub cōclusione / olum erit idem syllus: si hec in medio / illa in cōclusione posita fuerint: vt si a / b / cōclusio p c / quecunqz sub b / aut c / sunt / necesse de oibus dici / a: si enim d / in toto / b: b / vero in a / ⁊ d / erit in / a. Rursus si c / in toto c: c / autē in a / ⁊ c / in / a / erit: cōsimilr ⁊ si priuatiuus syllogismus.

⸿ Modum alium plures colligendi ꝯclusiones per vnicum syllm edocet hoc in loco Phs, circa quem exponēdum plerique varias snias secuti sunt, nōnulli eniz referēte diuo Alberto voluerunt hoc in loco Aristotelē agere de syllo ostensiuo arctissime sumpto qui oēs propōnes hēat ex pro syllis mōstratas / ac de syllo hypothetico latissime accepto, cuius vz ppōnes nō sint per aliqđ ostense rōcinium. His igit ita prenotatis dicebāt tūc fieri ostēsiuum syllm, quū aliquid sub ꝯclusione accipiētes primi sylli de illo maiorem cōcludebamus extremitatē per cōclusionē primi sylli in maioris locū succedētis, ⁊ sic volebāt ratiocinū ex demōstrata pcedere ppōne, quū vero altrinsecus aliquid sub medio termino accipiētes de illo maiorē cōcludim⁹ extremitatē assumpta maiore ppōne pcedentis sylli, tunc ex hypothesi ⁊ idemōstrata ppōne arguere dicebamur. Ceterū neqz isti ꝯsentanea Phō neqz vera etiā enunciant, nāqz de syllis / ac pro syllis quo ad vnā tendūt cōclusionē ⁊ quo ad plures, satis in priori volumine pertractatū est, appellare etiam ostensiuos / qui ambas ppositiones habeāt ostensas, aut hypotheticos, qui eas indemonstratas retineant, chimeras / aut hircoceruos fingere est. Medius itaqz vt cum alijs dicamus Alpharabio, Joanne Philopono, Auilido Rosadis, addo etiam Alexandro, ꝙ Aristoteles B in loco docet quomodo plures per vnicum syllogismū cōcludant cōclusiones / ex dicto de omni, aut dicto de nullo, hoc eniz est quod pleriqz vocabant syllogismū explicitū ac syllogismuz implicitum, differt autē modus iste a priore / quemadmodaz ⁊ Auilidus Rosadis optime notauit, ⁊ Leo etiaz Hersonis exponit, quoniam modus prior docebat cōcludere plures cōclusiones per vnicuz syllm sm rei ipsius veritatē, modus vero iste non sm veritatem, sed existimationem qm̄ re vera duo sunt ratiocinia, vel etiaz plura que binas aut plures colligant cōclusiōes, sed qm̄ syllogismi isti expli

> Alius modus quo vnus syllus plures colligit cōclones: quem diuersimode exponunt.
>
> Expo arabum grecorum ī hoc loco modo.
>
> Differt ler 1us ⁊ 2us modus.

cite nõ proferunt, sed eos ex dicto aucupamur de omni, ꝓpterea vnicum tñ esse syllm̃ arbitramur, non est autẽ modus iste idem in vlibus ac particularibus, sed in vniuersalib⁹ vno modo/in particularibus aliter dicẽdũ est; ⁊ ꝓpterea supius dicebat, hec itaqȝ cõis oium causa ⁊ eorum qui vniuersalr̃ ⁊ eoꝝ qui ꝼm partem/q̃si inueniens, qd̃ in priore modo plures cõcluderent conclusiones per eandem methodũ ⁊ in vlibus ⁊ in particularibus, sed in hoc/alia ẽẽt via in vlibus q̃ȝ in particularibus. Ait itaqȝ ad propositũ/ꝙ per vnum syllm̃ possumus plures colligere ꝯclusiones in vlibus ratiocinijs, si aliquos alios terminos ac ꝓpositiones accipiamus sub medio termino, aut sub cõclusione hoc est minori extremo, oium eni erit idem syllogismus/subaudias tu ꝼm existimationem non ꝼm veritatẽ. ¶ Quemadmodũ in exemplo, si/a b/ cõclusio fuerit per mediũ/c/illata, possumus alias colligere cõclusiones/si aliquid accipiamus sub/c/medio / aut aliqd̃ sub/b/minori extremo, de his eni oibus dicetur/a/maior extremitas, puta sit primarius sylls̃ iste, omne/c/a, omne b/c, omne/b/a, deĩde sub/b/accipiamus/d/ noua emerget ꝯcl'o, omne/d/a, si eni/a/de omni/c, ⁊ c/de omni/b, ⁊/b/ de omni/d, sequit̃ ꝙ/a/de omni/d/p̃dicabit̃. Consimilr̃ si sub/c/accipiemus/e/aliã construemus conclusionẽ hoc pacto, omne/c/a, omne/e/c, omne/e/a, puta in exemplo sit a/substãtia, c/animatũ, b/animal, d/homo, e/plãta, nũc vere dicim⁹, omne animatuȝ substãtia, omne aial animatũ, omne animal sub̃a, ois homo animal, ergo ois hõ sub̃a. Item omne animatũ sub̃a, omnis plãta animatũ, omnis planta sub̃a. ¶ Aut elegantius/quemadmodũ Alulidus rosadis inquit/sit quesitũ ꝙ mundus est genitus, ⁊ ostendatur ex hoc ꝙ cęlũ est genitũ, manifestũ etenĩȝ est ꝙ cęlum est vna ex partibus mundi, ita enim inquit videtur quibusdã/imo ferme oibus per vnuȝ syllm̃ plures colligi ꝯclusiones, qd̃ tñ secus est, hec eniȝ cõclusio ꝙ cęlũ est genituȝ per alias colligitur ꝓpõnes, vna quarũ est/ꝙ cęlum est pars mundi, altera ꝙ oẽs partes mundi sunt noue, itidẽ si accipiamus sub medio, puta in exẽplo/sit quęsitum ostensum/mundũ esse genitũ hunc in modũ, omne cõpositũ genitũ, mũdus est compositus, mundus itaqȝ est genitus, si sub medio/hoc est sub cõposito accipiam⁹ terminũ aliũ, puta corpus/poterimus aliã colligere ꝯclusionẽ hoc pacto, omne compositum est genitũ, omne corpus cõpositũ/omne ergo corpus cępit. Existimant itaqȝ inquit Alulidus ⁊ recte binas ꝯclusiones, mundũ esse genitũ, ⁊ corpus esse genitũ per vnicũ cõclusas esse syllm̃/ qd̃ tñ aliter se hȝ, p̃mi eni duo sylli sunt cõicantes in maiore ꝓpõne ⁊ differentes in minore, quẽadmodũ vnicuiqȝ planum esse põt. ¶ Consimilr̃ ⁊ in negatiuis syllis dicẽdũ erit, vt in exẽplo, nulla qualitas sub̃a, ois habitus qualitas, nullus habitus sub̃a. Ponat̃ itaqȝ sub medio/q̃ est qualitate/dispositio, ⁊ sub habitu scia/ę fient ꝯclones/ ꝙ nulla dispositio est sub̃a, ⁊ ꝙ nulla sciẽtia est substãtia. ¶ Sed quęrit̃ qua de causa nõ ita possit accipi termin⁹ aliquis sub maiori extremo/quẽadmodũ sub medio termino ac minore. ¶ Respõdemus ꝙ hoc fieri nequit/si seruare velimus vnicũ dictũ de omni ⁊ vnicum syllm̃/si eni variaremus maius extremũ iam iam totus sylls̃ variatus ẽẽt. Uel aliter ⁊ melius si aliquid acciperem⁹ sub maiori extremo/nõ posset illd̃ põni in syllo/nisi pro medio termino, variato aũt medio totus variat̃ sylls̃, quod non sit/quum accipimus aliquid sub medio/ aut sub minore, id enim semp̃ in minoris locum cedit.

¶ In scd̃a aũt figura qd̃ sub cõclusione soluȝ erit rõcinari: veluti si a/nulli b: c/autem omni, cõclusio ꝙ b/nulli c: si igit̃ d/sub c/est planum ꝙ b/nõ inest ipsi: ijs ꝟo quę sub a/ꝙ nõ inest: nõ manifestũ per syllm̃: atqui nõ inest ipsi e/ si est sub a/sed b/quidẽ inesse nulli c/ monstratum est per syllm̃: ipsi ꝟo nõ inesse indemonstratuȝ sumptũ est: quare non propter syllm̃ accidit b/non inesse ipsi/e.



¶ Duculqȝ exposuit quõ ex dicto de omni / aut dicto de nullo in p̃ma figura plures ꝯcludant̃ ꝯnes, hoc idẽ nũc enarrat/quõ in scd̃a efficiat̃/nõ hoc dicens, ꝙ sylls̃ aliqs in scd̃a figura plures colligat ꝯnes in scd̃a, sed si scd̃s efficiat̃ sylls̃, qui tñ potẽtia ꝓponebat̃, nõ in scd̃a sed in p̃ cõperiet̃ figura, ⁊ ꝓpterea ea solũ accipiẽtes/quę sũt sub minori extremo/possumus plurũ ꝯnũ copiã hr̃e, sic eniȝ solũ p̃mã figurã cõstituere valemus, puta in exẽplo, nullum b/a, omne c/a, nullum c/b, si sub c/accipiamus d/terminum/scd̃m indemõstrabilem cõstituemus syllm̃ hoc pacto, nullũ c/b, oẽ d/c, nullũ ergo d/b, ⁊ ita nõ scd̃am/sed p̃mã figurã cõplicamus. ¶ Et si quispiã instaret dicens perperã hec fuisse exposita, nõ eni videri põt quõ vnus sylls̃ plures colligat ꝯclones, si nãqȝ maior extremitas nõ est eadẽ nec medius termin⁹, qui fieri põt/vt idẽ ⁊ vnus dicatur sylls̃: aut si terminis variatis põt vnus esse sylls̃ cũ p̃ore, nil est impedimẽto/qn etiaȝ termini sub maiore extremitate legitime accipi valeant. ¶ Respondeo/hos plures ꝼm veritatẽ syllos esse: existimari tñ vnũ/ qs vnico ⁊ eodeȝ dicto de oi colligunt̃, ⁊ qm̃ maior extremitas eadẽ remanet, a qua dictũ de oi icipit / veluti in superiorib⁹ late diximus, ꝙ si sub a / hoc est sub medio termino aliquid acciperemus/nõ possemus syllm̃ cõstruere in p̃ figura, nisi fortasse maiore ꝓpositione cõuersa, puta si e/ sub a/acciplatur, fiet sylls̃ hoc pacto, nulluȝ b/a, omne e/ a/nullum e/b. Uerum quidem est/ꝙ b/nulli inest e, sed non fuit monstratũ ex priore syllo ac dicto de oi/sed per scd̃m quodãmodo ⁊ facta ꝯuersione maioris, nã p̃or sylls̃ talis erat in p̃ma figura, nullũ a/b, omne e/a, nullum e/b, deinde maiore cõuersa factus est scd̃s syllo, aut poti⁹ ecõuerso prior sylls̃ fuit in scd̃a figura, deinde facta maioris ꝯuersione factus est sylls̃ in p̃ma ꝯclonẽ ꝓpositã inferẽs ex dicto de oi, ⁊ hoc est qd̃ voluit Alulidus rosadis, quiȝ inquit, neqȝ existimant ipsum simul cum propria cõclone cõcludere/qd̃ est sub̃m medio termino, qm̃ si hoc concludit/ipsum cõcludit ꝼm ordineȝ figure scd̃e, ⁊ cogitatio


Margin notes:

L
Exẽplũ scd̃i modi/insra exponẽ scd̃am.
Exẽplũ i terminis notis.
Exẽplũ in negatiuis syllis.
Questio.
Solutio.
Nota quõ intelligendũ sit fieri syllm̃ in scd̃a fig⁹ plures cõclones cõcludenteȝ.
Instantia.
Solutio.
Dicta Alulidi rosadis.

cũ cadit nãliter super cõclusum in scda quẽadmodum in pma, ⁊ ob hoc videt̃ q maiorẽ extremitatez inesse ei/qd est sub medio / cõcludere in scda figura/hoc fit per syllm scdm, neq3 arbitrant̃ hoc esse per syllm primũ in 3eium eius qd fit de eo/qd subiecto ↄclonis subycit̃, deide subdit exẽplũ, veluti oẽ corpus cõpositũ est nouũ/ corpus celeste nõ est nouũ, corpus igit̃ celeste non est cõpositũ, ex quo sequit̃/q orbis stellaꝝ fixarũ nõ est nouus tã q̃ qd sub minori extremo cõtineat̃, si vo aliqd sub medio termino acciperem⁹ tanq̃ per se manifestum, puta q elmta non sunt noua, de hoc nõ posset ↄcludi maius extremuz/ nisi per syllm scdm facta maioris ppõnis cõuersione, ⁊ hoc est qd voluit phs dũ inquit, in his vo quę sub/a/ q nõ inest/nõ manifestuz per syllm, q̃si dicat/si aliqd accipiamus sub medio termino de hoc nõ possumus per syllm indemõstrabilẽ in pma figura maiorẽ concludere extremitatẽ, sed lz/b/maius extremũ nõ insit/e/qd sub medio fuit acceptũ, nõ tñ mõstratũ fuit per syllm/nã quẽadmodũ ostensuz est, nullũ/c/eẽ/b/per rõciniũ/nõ etiaz ita fuit mõstratũ nullũ/a/eẽ/b/sz acceptũ fuit sine ostẽsione aliq̃, q̃re neq3 per syllm monstrabit̃, nullũ/e/esse/b/sed ex indemõstrata ppõne ⁊ p scdm syllogismum arguetur.

De subpto sb medio i scda fig⁹ nihil cõcludit̃ p pmum sz p 2m syllm.

In his vo quę sunt in parte eoꝝ q̃dem quę sub ↄclone sunt nõ erit necessariũ: non enĩ fit syllis qñ hęc accepta fuerit in parte: eoꝝ vo/q̃ sub medio/erit oĩuz/p̃terq̃ q non p syllm: vt si/a/omni/b: b/vo alicui/c, eius enim / qd sub c/positũ est/non erit syllis: eius vo qd sub/b/ erit: sed non ppter antea factum.




Locus iste difficillimus est, diuina tñ fauente puidentia ⁊ hũc extricabim⁹. Aristoteles itaq3 posteaq̃ superi⁹ exposuit quonã pacto sylli vles plures colligant ↄclusiones/idẽ hoc nũc de particularibus docet inquiẽs particulares ita se hẽe in pma figura/vt nihil cõcludant de eo qd est sub ↄclone.i.minore extremitate, propterea q ex maiore particulari in pma figura nihil syllogistice colligit̃, si enĩ aliqd sub minori extremo acciperemus/accepta cõclusione pcedẽtis sylli/addito etiã insuper qd sub minore acceptũ construi posset sylls, qd tñ est falsum, sic enĩ maior esset in parte/vt in exẽplo, omne/b/a, aliqd/c/b/ aliqd c/a. Si itaq3 sub/c/aliqd acciperem⁹, puta/d/ ⁊ vellemus in prima figura syllm cõstruere/ita esset arguendũ, aliqd c/a, oẽ/d/c, ergo aliqd/d/a. Cęterũ in prima figura ex maiore in parte nihil syllogistice concludi põt, ⁊ ita si aliqd sub minori acceperimus extremo per dictum de oĩ nihil poterimus colligere. Et si inquit aliqd sub medio capiamus de eo vtiq3 maius extremũ valebim⁹ ↄcludere, sed istud nõ fiet p syllm, hoc est nõ ↄcludet̃ maior extremitas de acceptis sub medio p syllm pmariũ/sed p scdz, puta i exẽplo sit pticularis sylls, oẽ/b/a/aliqd/c/b, g aliqd c/a/dico q possum⁹ cõcludere/a/de acceptis sub b, puta de/e/hũc in modũ, oẽ/b/a, oẽ/e/b, oẽ/e/a. Sed dubitat̃ qũo hoc nõ fiat p syllm, si enĩ nõ fit p syllm in particularib⁹/memini dubiũ/q neq3 in vlib⁹/ex pmario syllo maiorẽ ↄcludere possem⁹ de ijs quę sub medio cõtinent̃, qd tñ supra negabamus, aut igit̃ hoc de vtrisq3 dicendũ tã3 vlib⁹ q̃ pticularib⁹ syllis, aut de vtrisq3 negandũ, eadẽ3 enĩ in ambob⁹ rõ esse videt̃. Rñdem⁹ aliã in vlibus aliã in pticularib⁹ rõnẽ esse, vles enĩ per pmoriuz syllm vlem colligũt ↄclonẽ de ijs q̃ sunt sub medio, pticulares aũt nõ statim cõcludũt pticularẽ/sed pmo vlem, deinde q̃a ex vli pticularis sequit̃, particularẽ etiã ↄcludũt, quũ enĩ dicim⁹, oẽ/b/a/si ea quę sunt sub/b/accipiem⁹/planuz q minor ppõ vlis erit, puta oẽ/e/b, si vo particularis pferẽt hoc fit ex ↄñti, qr ex vli pticularis infert̃, si enĩ oẽ/e/ b/nulli dubiũ q̃n ⁊ aliqd/e/sit/b/hoc est igit̃ qd voluit dũ inqt, eoꝝ q̃ sub medio/erit oĩuz/p̃terq̃ q nõ per syllm.

De eo qd est sub ↄclone i p⁹ figura in modis pticularibus nihil cõcludit̃ per pmũ syllm


Si sumat̃ aliqd sb medio i pticularibus syllis ↄcludetur maior extremitas de illo nõ p pmuz sz p 2m syllz.

Nota dubiũ difficile.

Solutio.



Consimilr aũt ⁊ in alijs figuris: eius enĩ qd sub cõclusione nõ erit: alteri⁹ vo erit/ p̃terq̃ q nõ ppter syllm: sed quemadmodũ ⁊ in vlibus ex indemonstrabili propositione quę sub medio erũt/monstrabant̃: quare neq3 ibi erit: aut ⁊ in his.



Eodem

eodē inquit pacto fiet ⁊ in aliis figuris, ⁊ exponit, quō eodē pacto, qm̄ de suppositis minori extremo non fit syllo, de suppositis aūt medio fit, illud accidit ob eandē cām, quā in particularibus pme recitauimus, qm̄ sequeretur in pma fieri sylls ex maiore particulari, qd̄ nullo modo concedendū, puta in exēplo, fit in scd̄a syllo, nullū b/a, aliqd̄ c/a, aliqd̄ igit̄ c/nō est b, si sub c/acceptū fuerit aliqd, puta d, oportebit ita sylls cōplicare in pma figura, aliqd̄ c, nō est b, omne d/c, sed ita dispositis ppōnib⁹, nihil sequitur vi syllogistica. Si vō sub altero, h̄ est sub medio aliquid accipiamus faciemus vtiqꝫ ꝯnē, verū nō per pmariū syllm, sed maiore cōuersa, quēadmoduꝫ ⁊ in vlib⁹ 2ᵉ faciebamus, puta in exēplo, nullū b/a, aliqd̄ c/a, aliqd̄ igitur c/nō est b, si aliquid sub a/capiamus, poterimus ꝯnē inferre per dictuꝫ de omni, sed nō per pmariuꝫ syllm, q fit in scd̄a figura, verū p alteruꝫ, qui in pma efficiet̄, puta si sub a/accipiamus e, ita syllm pōt̄ faciem⁹ in scd̄a figura, nullū b/a, omne e/a, nullū itaqꝫ e/b, hic igit̄ syllo in scd̄a figura, in pma vō fiet maiore hunc in modū ꝯuersa, nullū a/b, omne e/a, nullum e/b, ⁊ adhuc altero indigeremus syllogismo, qui particularē inferret, sed hęc ex superioribus satis plana sunt. Consimilr̄ ⁊ in iis, q sunt in tertia nihil cōcludetur de suppositis minori eadē de causa, quā supra recitauimus, de suppositis vō medio cōcludi quidē poterit, sed non per primariū syllm, sed per vlem, prius, deinceps per particulareꝫ, quemadmodū ⁊ in particularibus prime efficiebamus, veluti in exemplo, oē c/a, omne c/b, aliquod b/a, si aliqd accepimus sub c, ita cōstruemus syllogismuꝫ, omne c/a, omne e/c, omne igitur e/a, deinde ex hoc vli particularem alium faciemus. Et si ex maiore pticulari syllogismū cōplicemus in tertia hūc in modum, aliquod c/a, omne c/b, aliquod b/a, non poterimus pacto aliquo plures colligere ꝯclusiones, siue enī sub medio, siue sub miore termino aliquid accipiamus, semp maior particularis ꝓdibit in pma figura, qd̄ quasi pręsentiens Aluidus Rosadis ait ad verbuꝫ, ⁊ ita res sehꝫ in figura tertia, hoc est vt existimem⁹ nil ipsam simul cū sua cōclusione cōcludere, nisi maiorem extremitatem illi tm̄ inesse, qd̄ minori subiicit̄ extremo, non aūt illi qd̄ medio supponit̄ termino, ⁊ ꝓpter hoc existimat̄ q syll'i particulares nil cōcludunt nisi cōclusionē ꝓpriā, qm̄ q̄stioꝝ subiū est particulare. Hęc ille quasi inquiēs, q eodē pacto se hn̄t syll'i tertię figurę, quemadmodū ⁊ syll'i particulares pmę ac scd̄ę, nil eniꝫ cōcludunt vltra ꝯclusiōeꝫ ꝓpriaꝫ, nisi fortasse aliqd per expositionē acciperes sub miori extremo, deinde facta cōclusione vli, maioreꝫ extremitatē ꝯcluderes de suppositis minori hūc in modū, aliquod c/a, omne c/b, aliquod b/a, acciperem⁹ aliqd p expositionem sub b, de quo vliter pędicetur a, puta d, sub quo deinceps aliud capiemus, puta e, ⁊ ita construamus syllm, omne d/a, omne e/d, omne igitur e/a, ſꝫ hoc nimis longinquū atqꝫ intricatū, ⁊ ꝓpterea inquit existimat̄, q syllogismi particulares, hoc est sylli habentes maiorē in parte huius tertię figurę nil cōcludunt, nisi ꝯclonē ꝓpriā qm̄ si aliquid aliud cōcluderent, subiectā minoris extremi concluderent, qd̄ etiā viꝫ fieri pōt, qm̄ q̄stionum, hoc est cōclusionum subiū est particulare, ⁊ ꝓpterea non pōt fieri maior in prima figura, nisi p expositionē. Hęc mea snia voluit Aluidus duꝫ ea protulit, non tm̄ ignoro Leui Gersonis aliter cōtextum illū exponere, sed de his satis.

Dubium. ℭ Et si aliqs quęreret cur ꝑhs absolute de scd̄a ac tertia figuris protulit, eas ꝯcludere de suppositis medio termino, non autē minori: ſ hoc in tertia figura vex vndecūqꝫ esse non poterat. ℭ Respōdemus nō ea protulisse ꝑhꝫ de vtrisqꝫ figuris simul, sed prius de scd̄a, mox etiā ad huius similitudineꝫ de tertia, nec ꝓpter hoc sequit̄, q oporteat in oīb⁹ tertię figurę cōplicationib⁹ eodē pacto cōclusionē fieri multiplicationē, q qꝫ h̄ ita sit, declarauit ꝑhs quū ait, alterius vō erit ꝑter q̄ q non ꝓpter syllm scd̄m q ⁊ in vlibus ex indemonstrabili ꝓpōne, quę sub medio erant monstrabant̄, nāqꝫ de vlibus tertię nullibi supra mentio facta est, nec ꝓprie in tertia vles sūt sylli, quū oēs cōclusioneꝫ colligāt in parte, neqꝫ etiā opus est in syllis tertię aliqua ꝓpōne indemōstrabili aut ꝯuersa, vt ex ipsa syllm perficiamus in pma, illud itaqꝫ itelligēdum in scd̄a figura, mox etiaꝫ ad huius ⁊ pme quoqꝫ similitudinē ad tertię cōplicatiōes quasdā referēdum, ⁊ ꝓpterea dixit, silr̄ aūt ⁊ in aliis figuris. Uerū hęc hactenus de prima potētia syllogistica, quę est per vnicum syllm plures ꝯnes colligere, plura eniꝫ fortasse q̄ opus erat disputata sunt de itētiōe pmū libri hui⁹, solutis ibidē moderniorꝫ dubitationibus, quō syllo vnus plures valeat ꝯnes colligere, an ꝯclo sit essentialis syllo, an cōuersa ⁊ cōuertens sint vna ꝓpositio, mox etiaꝫ quō intelligendum, qd̄ dicit ꝑhs. Cōclusio autē aliquid de aliquo, quō scd̄s ille modus plures colligēdi ꝯclones itelligēdus sit, ⁊ quonā pacto sit s̄m existimationē nō s̄m veritateꝫ, cur sub minori extremo nō possit accipi terminus ad plures inferēdas ꝯnes, quō in scd̄a figura ostensio fiat ex indemōstrata ꝓpositiōe, quō particulares pme nō ꝯcludāt de iis quę sūt sub medio p syllm, ac quō particulares tertię plures iferant ꝯnes, ⁊ qui vnā tm̄, soluta atqꝫ extricata ibideꝫ pulcherrima dubitatione circa cōtextū. His itaqꝫ oīb⁹ explicitis ⁊ declaratis iam ad reliqua transeamus.

ℭ DE EO QVOD EST EX FALSIS RATIOICINARI.

ESt itaqꝫ ita se habere, vt vere sint ꝓpositiōes, per quas syllogismus, est autem vt falsę, est vō vt hęc quideꝫ vera, illa autem falsa.

Inquit Philoponus intentionē Aristotelicā esse h̄ in loco mōstrare quō ex ꝓpōnib⁹ fiāt ꝯnes, qm̄ ꝓpōnes aut sunt ambe vere, aut ambe false in totuꝫ, aut s̄m qd ⁊ in parte false, aut altera falsa, ⁊ altera vera, ⁊ hoc aut in toto, aut in parte, aut maior, aut minor, si itaqꝫ vtręqꝫ vere extiterint, procuidubio vera colliget̄ cōclo, nūq̄ autem falsa, si autem aut false ambe, aut altera tm̄ seu s̄m quid, siue etiā simplr̄, nōnūq̄ falsa ꝯcludet̄ ꝯclusio, aliqn̄ vera. ℭ Alii vō ⁊ ꝑsitius dicunt ꝓpositum ꝑhi esse hoc in capite monstrare quō ex falsis ꝓpositionibus vera colligat̄ ꝯclusio, ⁊ hoc siue in toto false fuerint, siue in parte, siue altera in toto altera in parte, siue hęc falsa, illa vera extiterit, isti igit̄ ita de ꝓposito differunt Aristotelico, quoꝝ sniam ⁊ nři oēs sequunt̄ ⁊ nos etiā approbamus, monstrare nāqꝫ quonam pacto ex ꝓpōnibus ꝯnes fiant, ad prius attinet volumen, nō aūt ad pręsentem speculationeꝫ. ℭ Sed statim non ab re ⁊ ꝓposito quispiam ambigeret an ex falso arte verū ꝯsequēs inferri pōt, ⁊ si hoc, an talis ꝓpositionū seu enūtiationū cōplicatio syllo nuncupanda sit, an vō extra oēm sylli naturā seponēda. ℭ Et itaqꝫ ex falsis verū cōcludi nequeat hūc in modū arguit̄, ꝓpōnes nāqꝫ vt in Beta nālis audimus ingt Aristoteles sunt mā ꝯnis, sed mā debet eē ad forme ꝓportionem, igit̄ ꝓpōnes false nō pñt verā ꝯnē inferre, quū falsitas nullā cū veritate ꝓportioneꝫ hēat, imo q amplius, falsuꝫ vō opponatur, ⁊ ad hęc vt in Delta post nālia scribitur, verum ens ⁊ falsum non ens merito nuncupentur. ℭ Pręterea. Si falsum verū cōcludit atqꝫ infert, aut h̄ fit ratiōe forme syllogisticę aut rōne materię, si rōne for

Marginal notes: Expō Aluid. Rosadis. — Intētio Aristotelis i hac pte s̄m expōnē Philopōi. — Alioꝝ opio s̄ itētiōe Phi. — Dub^m an ex falsis ꝓpōnibus possit sequi vera ꝯclo. — Prima rō. — Scd̄a rō.

me dixeris, non poterit postea ꝯclusio falsa ex falsis colligi ꝓpositionibus, neq; enim opposita sm eandez ratiocinij formã concludi queunt, si ex parte materię, non erit hoc ex arte, sed a casu, quẽadmodũ ex ambabus affirmatiuis in scḋa vtilem fieri cõplicationẽ dicimus, ⁊ vlez colligi in tertia

Tertia rõ.

℣ Demũ si ex falso añte verũ cõcludiť consequens, ergo ex non vero seu falso sequeť nõ falsuz siue verũ, videť enim hoc legitime concludi sm cõuersionẽ cũ oppositione, quemadmodũ consueuimus dicere, si homo est animal, igiť nõ animal est nõ homo. vel melꝰ ex homine sequiť animal, ergo ex non animali sequitur nõ homo, ita in proposito, si ex falso sequitur veruz, ergo ex non vero sequitur non falsuz, tunc vlterius si ex nõ vero sequitur non falsuz, igitur non poterit ex non vero sequi falsum, quemadmodũ si ex nõ animali sequiť nõ homo fieri non potest, vt si aliquid sit non animal, illud idez sit homo, seu si non sit animal, ꝙ sit homo, eodẽ itaq; pacto si ex non vero sequiť non falsum, non poterit ex nõ vero sequi falsum, quod perabsurdum est, in plerisq; nãq; cõplicationibus syllogisticis videmus ex falso falsum seq.

In oppᵐ est snia Phi.

℣ In oppositum est snia Phi, ipse eniz longo sermone ostendit ex falsis ꝓpositionibus verã colligi cõclusionẽ, ⁊ hoc etiã re ipsa cõfirmare possumus.

Solo Albti ꝙ ex falso sequiť vex per accidens.

℣ Dicẽduz itaq; quẽadmoduz ⁊ Diuus refert Albertus, ꝙ ex falsis ꝓpositionibus vera sequiť conclusio non per se, sed per accidens, ita ꝙ pręmisse ꝓpositiones nõ sunt causa quare talis concludať conclusio falsa, sed, dispositio syllogistica, quia eniz maioꝛ minoꝛq; extremitates ita in medio vniunť termino, ob id talis cõsequiť conclusio, non eniz falsum quia falsuz verã isert ꝯclusionẽ, sed falsuz ita dispositum sm syllogismi formam ⁊ habitudinem vere conclusionis est causa.

Solo rõnũ.

℣ Et ex hoc liquido cõstat qũo ꝓpõnes false sint ad vere ꝯclõnis ꝓportionẽ disposite, ⁊ qũo mã cõclusioni ꝓportionata. Cõstat etiã talẽ ꝯclusionẽ verez eo ꝙ vera est per accidens ⁊ rõne materię sequi ⁊ a casu, non aũt per se. Qd ꝟo vltimo adduciť, si ex falso verum sequiť, non posse ex falso falsum deduci, soluimus dicentes, talem ratiocinij moduz valere, vbi sit cõsequẽtia per se, non autẽ per accidens, vnde quia per se infertur, si nõ est animal non est homo, fieri nõ poterit vt aliqd sit nõ aial ⁊ illud sit homo, seu ꝙ sequať nõ est aial, ergo est homo, hęc enim sibiinuicem pugnant, sed quoniã non ꝑ se, sed per accidẽs, vt iaz exposuimus, ex falso verũ sequiť, nil prohibet, quin ex falso falsum etiã deducať.

An ꝯplicatio illa syllogistica sit l qua ex falsis ꝓpõnibꝰ colligiť vere cõclusio.

Prima rõ.,

℣ Sed hoc supposito ac cõcesso q̃rendum deinceps an talis cõplicatio in qua ex falsis verum colligiť, syllogismi rationem suscipiat, an ꝟo a syllo ꝑnitus seiungať. ℣ Videť enim ꝙ neutiq̃ syllogismus vocitanda sit, quoniaz syllo est ratio ex propositionibus necessario inferens ꝯclõnẽ, sed cõclusio vera non sequiť necessario ex ꝓpositionibꝰ falsis, si enim ita esset, non posset ex falsis ꝓpositionibus falsa colligi cõclusio.

Scḋa rõ.

℣ Pręterea. Nõ seqť huiuscemodi ꝯclusio eo ꝙ hęc sunt ⁊ per se, nõ igiť est syllo.

Tertia rõ.

℣ Ite quemadmodũ ⁊ Alexãder in plerisq; locis inquit, instrumentum cuius nullus est vsus ęquiuoce instrumẽtũ dř, quẽadmoduz ⁊ manus mortua ęquiuoce manus dř, igiť ⁊ syllogismus ex falsis, quom nullam argumenti vim habeat, ęquiuoce syllogismus nuncupabitur.

Quarta rõ.

℣ Deinde si ex falsis complicatio syllogismi rationẽ suscipit, quũ ois syllogismus aut dialectico aut demonstratori inseruiat, ⁊ complicatio ista aut dialectici aut demõstratoris erit instrumentũ, non demõstratoris, qꝛ demonstrator nullas falsas ascisceit ꝓpositiones, nec dialectici etiã, qꝛ dialecticus ois ꝓbabiles accipit ꝓpõnes. Si itaq; syllo aliqs ex falsis constaret, nõ autem probabilibus, seqretur ipsum nullo pacto syllogismũ eẽ, qꝛ neq; demõstratiuus, neq; dialecticus esset.

Quinta rõ.

℣ Pręterea. Cuiuscũq; sylli mediuz ꝑ añtia, ꝯñtia, ac repugnãtia tã subiecti q̃ ꝓdicati inueniť, sed in complicatione ex falsis medium inueniri negt ex inspectione hac, sequitur igiť eam a sylli ratione seiũgi.

In oppoᵐ. Prima rõ.

℣ In oppositum arguiť, nãq; veluti supra in prioꝛi exposuimus volumine in omni ratiõe ad impossibile syllo efficiť ad trãsumptũ, qui vere sylla ⁊ est ⁊ nuncupať, sed ille semper falsuz hz añs, igiť ⁊ ex falsis cõplicatio syllo potest appellari.

Scḋa rõ.

℣ Pręterea. Inqt Aristoteles in ante topicis litigiosuz siue cõtentionalez syllm trifariã secari, alius enim ratiocinať ex apparẽtibus ꝓbabilibus, alius videť ratiocinari ex ꝓbabilibꝰ, alius ex apparẽtibꝰ ꝓbabilibus videtur ratiocinari, ⁊ subdit paulo infra primuz oium istoꝝ ⁊ esse ⁊ vocari syllogismuz, reliqui ꝟo duo litigiosi quidem syllogismi dicuntur, non autez sylli, eo ꝙ ratiocinari quidẽ videnť, nõ tamẽ ratiocinanť.

Tertia rõ.

℣ Pręterea. Et in octauo topicoꝝ inquit ad verbũ. Palam qꝛ non solum vera ratiocinandũ, verũetiam neq; per vera semꝑ, sed quãdoq; ⁊ ꝑ falsa, sępe enĩ vero posito interimere necesse est disputantẽ, quare ꝓmittẽda falsa, quãdoq; aũt ⁊ falso posito interimendũ est per falsa, nihil enĩ ꝓhibet alicui videri quę nõ sunt magis q̃ vera, quare ex his quę illi videnť rõne facta, magis erit suasus, q̃ adiutus, idẽ ⁊ in sophisticis elenchis, vbi ⁊ ait, falsum syllogismũ bifariam dici, aut quũ falsum ratiocinatũ est, aut quuz ꝗ non est sylla videť syllo esse. Hoc idem ex plerisq; alijs locis aucupari licet, sed quę impẽsentia attulimꝰ sufficiãt.

Solo ꝙ syllo ex falsis põt cõsiderari vel simplr respectu cuiuscũq; cõclonis: vel respectu ꝯclonis vere.

℣ Dicẽdum itaq; cum Diuo Alberto atq; alijs recte sentientibus syllm ex falsis bifariam considerari posse, vel respectu conclusionis simplr siue illa falsa siue vera extiterit, vel respectu vere ꝯclonis, quę ex falsis sequiť ꝓpositionibus, si prioꝛe cõsideretur modo syllo vere est ⁊ rationẽ suscipit sylli, nãq; ⁊ ex necessitate concludit, ⁊ eo ꝙ ꝓpositiones sunt ita vel ita disposite, ⁊ hunc in modũ volumus ipsum instrumẽtũ eẽ vtile, nãq; ⁊ deductionibus ad impossibile deseruit ⁊ cõuersionibus syllogismoꝝ faciendis ⁊ tentatiuo etiã artifici, qui plerũq; falsas quidẽ accipit ꝓpositiones, sed tamẽ probabiles, ⁊ ad hęc dicemus mediũ suũ inueniri ꝑ ea quę antecedẽtia sunt ⁊ ꝯsequentia ⁊ repugnãtia, nõ aũt vere talia, nãq; in ꝓpositionibꝰ vero vere añtia accipiunť, in falsis falso, añtia enĩ cõsequẽtia ac repugnãtia ad ꝓpositionuz modũ reperienda sunt. Si ꝟo altero modo consideret non syllo simplr vocandus est, sed sm qd vel magis potẽtia syllogistica, si nãq; scimꝰ qũo vi ratiocinij ex falsis ꝓpõnibꝰ vera seq possit ꝯclusio, qd syllogisticus possit discursus intelligemus.

Expõ textus.

℣ Cęterũ his iã explicitis ⁊ enodatis ad ꝯtextũ exponẽdũ trãseamus, facit igiť quodãmodo talem diuisionẽ, quũ rõciniũ cõstruimꝰ, aut verũ ex vero seq dicemꝰ, aut falsuz ex falso, aut verũ ex falso, aut falsuz ex vero, sz qũo ex vero vex, aut ex falso falsuz sequať abũde i priori volumie disputatũ est, ꝙ aũt ex vero falsum inferať pretermittẽdũ cẽseo, quũ nullo pacto fieri possit, vt ex vero falsum sequať, supest itaq; declarãdũ, qũo ex falsis ꝓpõnibus aut verisq; aut altera vera colligať ꝯ, nãq; hoc ⁊ demonstratoꝛi ꝯferet, dũ venabiť atq; indagabit, qũo ꝯtię deceptionis rõciniũ fieri possit, ⁊ dialectico etiã tẽtatiuo quum de aliquo temere sciam quępiam profitente periculum volet sumere, hoc enĩ plerũq; in disputationibus fieri ꝯsueuit, quemadmodũ ⁊ Aristoteles in topicis recitat ⁊ diuini Platonis dialogos legenti manifestum.

℣ Cęterũ ꝯclusio aut vera aut falsa ex necessitate, ex veris igiť non est falsuz ratiocinari, ex

falsis

falsis autem est verum, preter q̄ꝫ ꝙ nō ꝓpter quid, sed quia, eius enim quod est propter qd non est ex falsis syllogismus, ob quaꝫ xo causam in sequentibus dicetur.

℄ Quod supra diximus innuit quasi inquiens, ꝙ si cōplicatio ex falsis syll'a ac ratiocinium vocāda sit, nō debemus ipsum determinare ad verā aut ad falsam cōclusionem, sed disiuncte dicenduꝫ est ex talib⁹ ꝓpōnibus aut verā aut falsam cōclusioneꝫ sequi. [Preterq̄ꝫ ꝙ.] ꝓpter quid exponit Alexāder, hoc est quando medius terminus causa est cōclusionis, veluti si dicam, que peperit hꝫ lac, ista peperit, ista igit̄ hꝫ lac, causa eni ꝙ mulier lac hꝫ est, qm̄ peperit, si xo medius terminus nō fuerit cōclusionis cā, tunc appellabit̄ syll'a qa, tm̄ eni ꝯcludit maius extremū minori inesse, non autē causam dicit medius terminus talis cōclusionis. Cur aūt ex falsis non possit cōstrui ꝓpter quid syll'a ac demonstratio, in sequentibus, hoc est in posterioribus analyticis dicet̄. ℄ Scitu tn̄ dignuꝫ ꝙ aliter hoc in loco accipit syll'm ꝓpter quid Phs τ aliter in posterioribus analyticis, ibi eni ꝓpter qd demonstrationē vocat, quū per causas imediatā fiat syll'a, qa xo quuꝫ aut per causam mediatā aut per effectū, rōcinatio extruatur, verum hic ꝓpter quid syll'a dicit̄, quū veritas ꝓpōnum causa est nō solū ꝙ maior extremitas insit minori in conclusione, sꝫ etiā ꝙ cōclusio ipsa veritateꝫ obtineat, qa xo quū ꝓpōnes ipse ita vel ita disposite causa sunt vt vi syllogistica maius extremū minori cōcludatur inesse.

Syll'a ꝓ qd

Syll'a quia.

Nota diuā eē inter syll'm ꝓpter qd τ demōstratiōeꝫ.

℄ Primū ergo ꝙ ex veris non possumus falsum ratiocinari, hinc manifestū, si enim a, existente necesse est b esse, b, non existēte, necesse est a, non esse. Sꝫ igitur veruꝫ est a, necesse est b, verum esse, aut accidet idem simul eē τ non esse, hoc autem impossibile.

℄ Inquit Philoponus ex ꝓportione Aristotelē hic monstrare ꝙ ex veris ꝓpōnibus nō pōt falsa conclusio sequi. Alij xo dicunt hoc monstrari ex continue ꝓpōnis cōuersione, prius itaqꝫ enarranduꝫ quō ex analogia seu ꝓportione hoc fiat, mox etiā quō ex cōuersione cōtinue ꝓpositionis. ℄ Ex ꝓportione quidē qm̄ supponit, qd supra in priori volumine fuit declaratū, verū τ esse similr̄ poni in ꝓpōnibus, ex cōuersione xo cōtinue ꝓpōnis, qm̄ rōneꝫ ducit a destructione ꝯsequētis ad anis destruendū, quod greci, quemadmodū τ supra exposuimus, cōuersionē vocant cū oppositione, q̄ ꝯuersio in ꝯtinuis τ cōditionalib⁹ ꝓpōnibus fieri cōsueuit hūc in modū, si est hō, est aial, ḡ si non est animal, non est homo. Consilr̄ itaqꝫ τ ipse argumentū ducit supponens syll'i finitionem verā esse, ꝙ necessario ex ante sequat̄ ꝯns, τ arguit hoc pacto, si quū est a, necesse est b, esse, ergo τ quum nō est b, necesse est a, nō esse, hec eni conuersio est cū oppositione, deinde extrisecus addendū, sed esse τ veruꝫ in ꝓpōnibus eandem retinēt ꝓportionem, igit̄ idē valebit si quū a, est verū, b, est verū, ergo quuꝫ b, nō est verū, a, non est verū, aut si tu dicas oppositū, ꝙ. vꝫ. dum b, non est verū, a, sit verū, seq̄t idem simul esse τ non esse, quod penitus fieri negt, si eni a, esset verum, b, etiam esset verū ex ꝑsupposita syll'i finitione, quia cum ans est, ex necessitate cōsequens etiā est, ergo idem b, τ verū esset τ nō veruꝫ, quod idem est ac si diceremus idē b, τ esse τ non esse, ex ante igit̄ vero non pōt inferri cōsequēs falsum, sed nil vetat vt ex falso ante verū deducat̄ ꝯsequēs, qm̄ nō valet argumētū a destructo ante ad ꝯsequens destruendū, veluti in p̄ori volumine etiā exposuimus, τ hoc est qd voluit Aulidus Rosadis qm̄ inqt, qm̄ nō sequit̄ ob destructionē antis destructio cōsequentis, nō sequit̄ quum sit a, falsum, ꝙ sit b, qd est cōclusio, falsum, qm̄ ꝯsequentia conclusionis ex syllogismo non est consequentia conuertibilis.

Osteñdit ex ꝓportione veri ad esse aut ex cōuersione ꝓpositionis cōtinue ex vero non posse sequi falsum.

℄ Non autē qm̄ positus est a, vnus terminus existimetur cōtingere vno aliquo existente ex necessitate aliqd accidere, non eniꝫ possibile, qd eni accidit ex necessitate, conclusio est, per que aūt h̄ fit minima, tres termini, bina xo interualla τ propositiones, si itaqꝫ verū est cui b, inest, ipsum a, omni, cui autē c, ipsum b, cui c, necesse est a, inesse, τ non pōt hoc falsuꝫ eē, simul enim inerit idem τ nō inerit, a, igit̄ tāq̄ꝫ vnum ponit̄ due ꝓpōnes simul accepte. Consimiliter autem τ in priuatiuis se habet, non enim est ex veris monstrare falsum.

℄ Occurrit tacite q̄stioni, posset enim quispiaꝫ nō immerito dubitare quō ex vno termino conclusio ex necessitate sequatur, quum supra in priori volumine dictuꝫ fuerit ad minimū oportere binas ꝓpositiones τ terminos tres in syllogismo accipi, ait itaqꝫ quādo dicebamus, si a, existēte necesse est b, esse, ꝙ non debemus existimare a, vnicū esse terminū, τ ex ipso necessario sequi ꝯclusionē aliquā, hoc eni fieri nō pōt, vt necessario ex vna ꝓpōne cōclusio sequat̄, nāqꝫ qd ex necessitate in syll'o sequit̄ ꝯclusio nuncupat̄, illa xo ex quib⁹ hec sequitur necessario, ad minimaꝫ tres sunt termini τ ꝓpositiones atqꝫ interualla duo, qm̄ vt in altero diximus volumie, tres termini duo sunt interualla τ ꝓpositiones due. [Si itaqꝫ veruꝫ est.] monstrat per expositioneꝫ, qd supra dixerat a, pro binis accipi ꝓpositionibus b, pro conclusione, τ inquit, si in primo indemōstrabili prime figure istaꝫ extruamus complicationem, oē b, a, omne c, b, omne c, a, dico ꝙ si premisse ꝓpositiones vere extiterint, cōclusio etiam vera ex necessitate erit, τ nō poterit eē falsa, qm̄ si aliter dixeris accidet veluti etiā supra deduximus idem simul esse τ nō esse, τ ad hec dico, ꝙ a, superius acceptū fuit ꝓ binis istis ꝓpōnibus, oē b, a, omne c, b, τ quēadmodū hoc expōne monstrat̄ in affirmatiuis, ita ēt in negatiuis oñdit̄ rōcinīs.

℄ Ex falsis autē verū est ratiocinari τ vtrisqꝫ ꝓpositionibus existentibus falsis τ vna, hac aūt non vtralibet, sed scda, si totā accipiat falsaꝫ, si xo non tota accipiatur, est vtralibet, fit enim a, toti c, inexistēs, eorum aūt que b, nulli neqꝫ b, ipsi c. Cōtingit autē hoc, vt lapidi nulli aial τ lapis nulli homini. Si igit̄ acceptuꝫ fuerit a, omni b, τ b, omni c, a, omni c, inerit, q̄re ex vtrisqꝫ falsis vera conclusio, ois eni homo animal. Silr̄ autem τ priuatiuū, est eniꝫ a, τ b, nulli c, inesse, a, tamen omni b, veluti si eisdē acceptis terminis, mediū positum fuerit homo, lapidi enim τ aial τ homo nulli inest, aīal xo omni homini, quare si cui quideꝫ inest accipit nulli inesse, ex falsis vtrisqꝫ, vera erit ꝯclusio. Consimiliter autem monstrabit̄ τ si ad aliquid falsa vtraqꝫ accepta fuerit.

℄ Monstrauit superius non posse ex vero sequi falsum,

Ex malis propositionibus siue ambabus siue altera tm̃ posse sequi verã cõclusionẽ.

nũc ecõuerso ostẽdit ex falso verũ sequi posse, siue ambe propositiões false extiterint, siue ꝛ altera tm̃, ꝛ si ambe quidẽ fuerint false aut sm̃ totũ erũt tales, ꝛ ita bine fiũt complicatiões, vna affirmatiua, negatiua altera, aut sm̃ qd ꝛ in pte erãt false, ꝛ ita due alię ↄficiunt, aut vna erit in toto falsa, altera vo in pte ꝛ hec aut maiore aut miore, ꝛ ita bine alie fiũt ↄiugationes affirmatiue ꝛ totidẽ negatiue, qd est ex ambab' falsis, octo cõplicatiões effici, si vo altera tm̃ sit falsa ꝛ vera altera, octo itidẽ vlẽs fiũt ↄiugationes in pma ex maiore i toto falsa cũ miore vera, bine, affirmatiua ac negatiua, ex maiore in pte falsa cum miore itidẽ vera, bine ↄsilr, ex maiore vera cuz minore in toto falsa, bine etiã, ꝛ ex maiore vera cuz minore in pte falsa, totidez. Erunt itaqꝫ in summa pme figurę cõplicationes vlẽs sexdecim, ex qb' nõnullas exponet, nõnullas etiaz tãqꝫ manifestas pteriitet, nos aũt istas oẽs cuz deo explicabimus. [Hac autẽ nõ vtralibet.] monstrabit enĩ qꝫ si maior tota accipiat falsa cum minore vera, nõ poterit vera colligi cõclusio, hoc enĩ in sequentibus elucidabit. [Sit enĩ a, toti c.] Exẽplũ ponit, quõ ex ambabus in toto falsis cõclusio sequat vera, puta ois lapis est aial, omnis homo lapis, omnis hõ aial. [Silr aũt.] Exẽplũ negatiui modi ꝛ vlis ponit, in quo ex ambabus in toto falsis seqꝫ cõclusio vera, puta in ijsdez terminis variato medio termino, nullus homo est aial, ois lapis est homo, nullus lapis est aial. [Consilr autẽ mõstrabit.] binas alias nũc cõplicationes recẽset, quõ ex vtrisqꝫ falsis in parte vera sequatur cõclusio, exempla vtriusqꝫ hęc sunt, omne album animal, ois homo albus, omnis homo animal, seu nullũ album aial, omnis flos albus, nullus flos animal.

Sexdecim vles cõplicatiões in pᵃ figᵃ in qb' ex falsis põt sequi verũ.

Or si altera falsa posita fuerit prima existente tota falsa, vt ipsa a b nõ erit ↄclõ vera, ipsa vo b c erit. dico aũt totã falsam ↄriã, quẽadmodum si nulli inexistẽs omni acceptũ fuit, aut si omni nulli incẽ, sit eniz a b nulli inexis, b vo c omni, si b c quidẽ ppõnẽ verã accepero, a b autẽ totã falsam, ꝛ a inesse omni b impõe ↄclonẽ verã esse, nulli eniz inerat coꝝ q̃ c, siqdẽ cui b nulli ipsum a, b vo omni c.

Posteaqꝫ exposuit quõ ex vtrisqꝫ falsis ppõnib' vera colligat cõclusio, nũc monstrat quonã pacto si altera falsa extiterit ꝛ vera altera complicatiões efficiãtur, ꝛ qꝫ si maior tota falsa extiterit, fieri nõ põt, vt vera inferat cõclusio, sin aũt minor tota sit falsa cuz maiore vera, poterit vtiqꝫ verũ cõcludi. Sed dubitaret nõ ab re quispiaz cur quũ ex ambabus falsis alie etiã exurgant cõplicationes pręter eas, quas recẽsuimus, puta ex maiore falsa in toto cũ minore falsa in parte, ꝛ ecõuerso, cur de his nullã fecerit Aristoteles mẽtionẽ. Dicimus cũ Philopono ac diuo Alberto, qꝫ eas Phs omisit tãqꝫ ex superioribus planas, agit vo impresentia de his quę alteram falsaz hñt, verã alterã, inquiens quę maiorẽ retinent in toto falsaz, nõ posse vllo pacto verũ cõcludere, puta si hęc fuerit tota falsa, omne b a, cũ hac tota vera, omne c b, fieri nõ poterit, vt hęc ↄclusio vera sit, omne c b, si enĩ ex definitione ea tota est falsa, quę in totuz vere cõtraria est, ac cuius nulla singularis est vera, planũ qꝫ ita ex veris cõplicationẽ erigere valebimus, nullũ b a, omne c b, nullũ c a, vbi tã ppositiones qꝫ conclusio sunt vere, qꝫ si ↄclo ista vera est, nullaz c a, manifestũ qꝫ sua ↄria, omne c a, falsa procul dubio erit, ꝛ hoc est qd voluit, dum inquit, nulli enĩ inerat eorum quę c, siquidem cui b nulli ipsum a, b vo omni c,

Dubium.

Solutio.

Cõplicatio q̃ maiorẽ hz in toto falsaz nõ põt verã conclusionẽ ↄcludere minore exĩte vera.

Sed mirũ inquiunt Philoponus ac diuus Albertus quõ si ex ambabus in toto falsis verũ cõcludit, cur etiaz ex altera tm̃ maiore nõ possit idez fieri. Dicim' itaqꝫ hoc ppterea euenire, qm̃ ambe false nullaz ad seinuicem syllogisticã hñt pportionez, quin ex vtrisqꝫ negatiuis nil sequit ratiocinij vt, si vo maior in toto falsa extiterit cuz minore vera fiet scds indemonstrabilis negatiuum verã cõcludens, vt supra exposuimus. Or si exempla qris quõ ex minore in toto falsa cũ maiore in parte falsa veꝝ ↄcludat, hęc accipias, omne albũ aial, ois coruus albus, ois coruus aial. Iterũ nullũ albũ aial, ois hebenus alba, nulla hebenus aial. Sin autẽ desiderares exẽpla quonaz pacto ex maiore in toto falsa cuz minore in parte, sequat vera cõclusio, quęrere hoc desistas, fieri enĩ nullo modo potest, qm̃ si maior fuerit in toto falsa, sua ↄria vera erit, puta si hęc falsa extiterit, oẽ b a, vera nimirũ hęc erit, nullũ b a, qꝫ si minorẽ addideris in pte falsaz, puta oẽ c b, poteris ex hac pticularẽ verã excerpere, puta aliqd c b, nulla enim alia de cã dr hęc vera in parte, nisi q pticulares aliquas veras hz, ꝛ falsas aliquas, si itaqꝫ has ambas veras acceperimus, nullũ b a, aliqd c b, per quartũ idemõstrabilẽ nimirũ verã istã colligemus ↄnez, aliqd c nõ est a, qd quũ ita sit, fieri nequit vt sua cõtradictoria vera sit, omne c a. Cęterũ lz in toto verã per complicationẽ istaz concludere nequeamus, nil tamen prohibet, vt falsaz sz quid, atqꝫ in parte veram inferre valeamus.

Dub'm q̃re ex maiore tm̃ falsa nõ possit sequi vera ↄclo. Solutio

Exponit exẽpla diuersarũ cõplicationũ.

Cõsilr autez neqꝫ si a omni b inest, ꝛ b ipsi c, accepta vo est b c ppositio vera, a b autez falsa tota, ꝛ a nulli coꝝ qbus b conclusio falsa erit, omni enim c inerit ipsum a, siquidem ipsuz a omni cui b, b vo omni c. Planũ igit qꝫ si prima tota accipiatur falsa, siue affirmatiua, siue priuatiua, altera autez vera nõ fit vera conclusio, quũ vo non tota accipitur falsa erit, si eniz a inest omni c, alicui autez b, b, vo omni c, vt aial cygno quidẽ omni, albo autez alicui, albuz vo omni cygno, si acceptũ fuerit a omni b, ꝛ b omni c inerit vere, omnis enim cygnus aial. Cõsimilr ꝛ si priuatiuum sit a b, accidit enĩ a b quidẽ alicui inesse, c vo nulli, b aũt omni c, vt animal alicui albo, niui autez nulli, albũ vo oi niui, si itaqꝫ acceptum fuerit a nulli b, b vo omni c, a nulli c inerit.

cludi possunt, que omnes convertunt, et hunc quidem locum difficillimum ita exposuere greci enarratores. ¶ Secundo vero Alulidus Rosadis atq; alii nonnulli volentes in affirmativis syllogismis utramq; propositionem esse ignotam, in negativis autem alterā tm̄, puta negativā, propterea q negativa nunq̄ potest cōstrui ex terminis cōvertibilibus, quoz termini convertibiles semper ita se habeāt, ut unus de altero semper predicet affirmative. ¶ Sz pace istorum, superior enarratio magis mihi placet, ac magis cōtextui videt cōvenire. ¶ Ceterum quo facilius obscurissima verba hec contextus possimus intelligere exponamus, quō in quacūq; figura fm quosq; modos fiat petitio eius, qd in principio, sic eniz erunt oia plana. ¶ Primuz itaq; a prima exordiamur, sequentes doctrinam Joānis Philoponi, si igit eque ignotum sit, omne c, eē b, quemadmodū et oē c, esse a, et a, b, fuerint termini convertibiles fit petitio fm minorem in primo modo, sic, omne b, a, oē c, b, omne c, a, si enim quispiaz non cōcederet cōclusionē, nec minorez ēt cōcederet, quū sint eque ignote ex supposito, accepit igit in rōne hac eadē puta mediū ac maiorem extremitatez, que eadez sunt de eadē miore extremitate, mediū de minore in minore ppōne, maiorez vo de eadez in cōclusione. Rursus accipiamus idez de eisdem facientes petitionem iuxta maiorē ppōnez, sint itaq; a, b, et c, a, eque ignota, et b, c, convertant, tunc rō, omne b, a, omne c, b, oē c, a, petet maiorē, qui eni non concedit a, inesse ipsi c, neq; a, ꝯcedet inesse ipsi b, quum b, et c, sint eadē aut convertibilia ex supposito. Et de vliter quidez affirmativa hunc in modum. ¶ Sz de negativa quoq; idē monstremus accipientes prius idem ab eisdem et faciētes minorē convertibilem ac maiorez petentes hūc in modū, nullaz b, a, oē c, b, nullus c, a, qui eniz nō ꝯcedit a, inesse nulli c, nec idē hoc etiā concedet inesse nulli b, quuz b, et c, cōvertant in minore, fit itaq; petitio iuxta maiorem, sed iterū accipiamus eadez ab eodē, ut minor petat, et sit maior ex terminis cōvertibilibus, oē b, a, deinde addat minor, nullū c, b, sed dicet aliquis cōplicationem eē inutilē. ¶ Rñdeo q ita est, sed si minorez ac maiorē terminis cōverterimus, fiet utiq; utilis, puta nullum b, c, omne a, b, pōt eniz hoc fieri, quuz a, et b, iidem aut cōvertibiles sint, cōcludimus igit nullum a, c, quare et nulluz c, a, et ita petitio facta fuit iuxta b, c, qui enim non cōcedit a, inesse nulli c, nec c, concedit inesse nulli b, q̄re ex conversione mōstrata fuit petitio hoc in loco. Atq; hec de secundo mō. ¶ Sz et in tertio fit petitio ad affirmativā in parte concludendā, puta accipiēdo eadē de eodē, ex maiore convertibili cum minore eque ignota, oē b, a, aliquod c, b, aliquod c, a, fit eniz petitio iuxta minorē, qui eniz non cōcedit a, inesse ipsi c, nec b, etiā cōcedet inesse eidē c. Si vo acceperimus idē de eisdem petētes maiorem et minorē assumētes convertibilem, accidet maiorez ppōnez in pma figura fieri fm partē, et ita cōplicationem inutilem, si eni b, c, eadez sint, minor erit vlis cuz maiore in parte, aliqd b, a, omne c, b, sed utrisq; terminis in seipsos conversis iam fiet utilis cōiugatio, omne b, c, aliquod a, b, aliquod a, c, quare et aliquod c, a, fit itaq; petitio iuxta b, a, maiorez, qui enim nō concedit a, inesse alicui c, neq; b, concedit inesse alicui a, sed et hic mōstrata fuit petitio per cōversionem, et in tertia qdem prime cōplicatione hunc in modū. ¶ Sin aūt in quarta velimus aliquā ppōnum petere nihil proriꝰ faciemus, aut eni idem ab eisdē et minorē accipiemus cōvertibilem, et propterea vlem affirmativā cū maiore negativa in parte, aliqd b, nō est a, omne c, b, aut eadez ab eodem ut maior sit vliter affirmativa cuz minore negativa in pte, oē b, a, aliqd c, nō est b. Veruz nec sic nec illo mō utilis fit coniugatio in prima, sed neq; per ꝯversionē cōcludere aliqd poterimus, quū negativa in pte nullo modo cōvertat, quēadmodū in priori volumine disputatuz fuit. Ac de pma qdem figura hec et tot. ¶ Monstremus autē idem hoc fieri posse in secunda, ac pmo in pmo mō ꝯcludentes vliter negativā. Si igit accipiamus eadē ab eodem faciētes minorē cōvertibilē et petentes maiorez, nullū b, a, omne c, a, nullū c, b, qui eni nō concedit c, inesse nulli b, nō cōcedet etiā a, inesse nulli b, quū c, et a, sint eadem in minore. Si vo assumamus idez ab eisdem arguentes ex maiore cōvertibili cū petitione minoris, oē b, a, nullum c, a, nullū c, b, nondum manifestū est factā fuisse petitionez nisi per ꝯversionē, si enim a, nulli c, et c, nulli a, quare qui non cōcedit c, nulli b, neq; c, nulli a, concedet, quuz b, et a, sint idē. ¶ Sed sit et negativa in pte in monstrationē pposita, et sit a, b, maior ppositio ex cōvertibilibus, a, c, vo minor eque ignota conclusioni, tunc ita faciētes, oē b, a, aliqd c, non est a, aliqd c, non est b, minorē petemus, qui enim non concedit b, non inesse alicui c, neq; a, cōcedet nō inesse alicui c, quuz a, et b, ex psupposito sint eadem, fit autem petitio iuxta miorē, si vo minor a, c, sit ex cōvertibilibus et maior a, b, sit eque ignota, nō fiet petitio, qm̄ in secūda figura nō potest maior esse in parte, et iteruz quoniā particularis negativa nō cōvertit, puta in exēplo, aliquod b, nō est a, omne c, a, nihil seqtur ex maiore in parte in secūda figura. ¶ Rursus in tertie p mō, si eadez de eodem accipiamus, hoc est maiorē ex convertibilibus, cuz minore eque ignota, petemus minorē, oē c, a, omne c, b, aliquod b, a, qui eni non concedit a, alicui b, neq; b, cōcedet omni c, inesse, qm̄ c, et a, sunt eadē ex supposito, si enim cōvertat, omne b, b, fiet aliqd b, c. Silr si accipiat idez de eisdez, hoc est maior eque ignota cū minore ex convertibilibus, oē c, a, omne c, b, aliqd b, a, idez ostendet maiore cōversa, qui eni non cōcedit a, inesse alicui b, nō cōcedet etiaz c, inesse alicui a, quuz c, et b, cōvertātur in minore. Qz si animus extiterit monstrare negativam in parte, si accipiatur idez ab eisdem, hoc est maior eque ignota cuz minore ex cōvertibilibꝰ, peti poterit maior. Aliter vo nullo pacto, propterea q negativa in pte nō convertitur. Si vo aliquis pro negativa in parte vlē negativā acciperet, nō peteret in pno, sed supra pnm, ut planum est, vlis eni particularez cōtinet. ¶ Ex his ita lōga digressione enarratio iam dilucidaz est, quō cōtextus exponendus sit, ait eniz q in secūda ac tertia figura subaudias tu in negativis cōplicationibus pōt petitio fieri taz fm maiorē q̄z fm minorē, quemadmodū et in pa faciebamus, sed differūt inter se, quoniaz secūda nullas ꝯcludit affirmativas, sed si in affirmativis fit petitio aut in pma efficitur aut in tertia, si vo syllogismi extiterint negativi, nō fiet in tertia utroq; mō petitio, hoc est tā fm maiorē q̄z fm minorez, nam quū eadē accipiant ab eodem. i. maior cōstiterit ex cōvertibilibus, nō fiet minoris petitio, et ob id utreq; non similiter peti possunt in tertia, et fortasse etiam in secunda idē fiet si syllogismi particulares extiterint eo q termini ac propositiones negative in parte converti non possunt, ut declaratum est.

Expō Alul. Rosa.

Refutatio

Quō fit petitio i vli affirmativa cōcludēda in pmo mō pe figure.

De vli negativa i 2o mō pe quō fit petitio.

De pticulari affirmativa i tertio.

Nō fit syllo i 4o mō pme ö pticulari negativa.

Quō fit petitio in 2a fige i modo vli.

Nota q negativa in pte nō potest fieri syllogismus i 2a i q fit petitio.

Quō fit petitio in 3a figa.

¶ Est autem in demonstrationibus quidem fm veritatez sic se habentia, in dialecticis vo fm opinionem.

¶ Quoniam petitio eius, qd in principio nō soluz variat fm figuras ac modos, imo et fm subiecta, posteaq̄ superius posuit quō fm figuras variet, exponit in pñtia quō etiam distinguatur fm materias inquiens, aliam esse fm veritatem, aliam fm opinionez, ac fm veritatem quidez

inquit

ingt Simplicius in Theta nālis auditus trifariā, pmuz ac manifeste, quuz statim ppositū accipimus, vt si vellemus mōstrare, falsum eē aliqḋ bonū nō facere boies bonos, & subito diceremus, oē bonum bonos facit, peteremus principiū ꝓm veritatem. Secūdo petit eius, qḋ in principio nō ita plane, sed secedendo in alia q̄sita, q̄ ꝑ propositum monstrantur, veluti si vellemus monstrare, triangulū habere tres equales duob⁹ rectis, & accipere mus tā q̄ notū, quadranguli angulos equivalere q̄tuor rectis. Tertio fit petitio, quū duobus existētibus, que cōvertunt & eque sint ignota, vnum accipiamus in mōstratione alterius, puta si quęramus an diameter sit coste cōmensurabilis & accipiamus costā diametro, petimus qḋ in principio, & ꝓm veritatē qdē hunc in modum. Scdm ⁊o opinionem vt Arist. in 8° topico₹. qnque modis, vbi scias, ꝙ nonnullis & ꝓm veritatem & ꝓm opinionem peti possunt, vnde & quidam modi petitionibus vtrisq₃ deserviunt, petimus igitur primo id, qḋ in principio ꝓm opio ne̅ accipiētes idē, qḋ monstrari opꝫ, aut eius polyonymum ac multivocū. Secūdo, si qḋ pticulariter, vlr accipiamus. Tertio, si retrouersum qḋ vlr particulariter. Quarto, si qḋ cōiuncte, divisim ac seorsuꝫ. Quinto, si consequentiū seinuicez ex necessitate, alterū. Tot modis aūt & cōtraria peti dicunt, quēadmodū ibidez narrat Phs. ¶ Scitu ⁊o dignuꝫ veluti & Alulidus Rosadis ingt, ꝙ nōnulli artifices fugiunt petitionez eius, qḋ in principio, aliqui ⁊o admittunt. Demōstrator eniꝫ veram reijcit petitionem oēm, non autē oēm ꝓm opionē. Dialecticus ⁊o vtrāsq₃ refugit. Sed litigiosus & fortasse etiam orator ac rhetor vtrāq₃ admittit & ꝓm veritatez & ꝓm opinionem. Verū de his iaꝫ plus satis. ¶ Possemus & numeruꝫ petitionuꝫ ponere ꝓm vnāquāq₃ figurā, sꝫ hoc ex supra annotatis iaꝫ perq̄₃ facile factuꝫ est, nāq₃ in prima sunt sex. In secūda totidē. In tertia ⁊o novem, superest autem vt brevi enumeratiōe ꝯcludamus, que in hoc ptractata sūt capitulo. ¶ Primuꝫ itaq₃ intētionem eē diximus de impotētijs syllogisticis ptractare, curq₃ primū de petitione egerit cām ascripsimus, deinde mōstravimus an petitio sit rōcinatio, ad quez artificem ptineat de petitione consideratio, an de petitiōe alicubi in posterioribus agat, q̄re ita nuncupet petitio eius, qḋ in pncipio, que sint pma pncipia, quō cognoscant, ꝙq₃ nōnulli ea negent, ꝙq₃ etiaꝫ alij ea demōstrare conantur, ꝙ male Euclides nonnulla ascivierit theoremata in petitionuꝫ locū, que sint coalterne ꝓm Euclidem, que ꝓm Possidoniū, que ꝓm Geminū Phm, quō intelligēdū exēplū Aristotelicum de coalternis, ꝙq₃ petitio differat a circulari mōstratione. Soluta deinceps dubitatio cur demōratio nō petat. Postea expositū quō in vnaquaq₃ figura ꝓm modū vnūquēq₃ fiat petitio eius, qḋ in principio, quot modis ꝓm veritatez, quot ꝓm opionē, ac ēt quot petant 3ꝰia, q̄ petitiōes reijciāt, q̄ de ipsis vtant, ac demū in sūma quot petitionū modi. Sꝫ his expositis iā ad 2ᵃᵐ ipotētiā enarrādā accedamus.

Trib⁹ modis fit petitio pncipij ꝓm sētā eē ex Simplicio 8° phyſi.

Petitio pncipij ꝓꝫ opionē fit qnque modis 8° topi.

Dcā Alulidi Ro. notādū.

Numerus ꝯiugationū in petitiōe pncipij in singlis figuris.

Epilogus dictoꝝ de petitiōe pncipij.

¶ DE EO QVOD EST NON PENES HOC.

Non penes hoc autem accidere falsum, quod plerūq₃ in rationibus cōsuevimus dicere. Primum quidē est in syllogismis ad impoſe, quando ad contradictionem fit huius, quod monstrabatur ea, que est ad impossibile.

Consentaneum fuit impotentias, que contra priores definitiōis sylli particulas peccabant, anteponere his, que cōtra posteriores, & ppterea nō imerito Phs, tū is egit de petitiōe ei⁹, qḋ in principio, mox tractaturus de eo, qḋ est non penes h̄, de impotētia igitur ista sermonē īpñtia habituri p̄us de more nostro nōnulla q̄renda in medium pponemus, ac primum an impotentia hęc syllogismi rōnē suscipiat, subinde ⁊o ad quem artificez pertineat, de ea ptractare, quive sit ipsius vsus, ac demum an idem sint an ⁊o inter se dissideant nō causa vt cā, & non penes hoc. ¶ Non penes hoc igit, qḋ greci μὴ παρὰ τοῦτο appellāt, nullo pacto syllogismi definitionez admittere dicēdū est, nāq₃ nō penes hoc fit in syllis ad incōmoduꝫ deducentibus, quos superius sylli definitionē suscipere negavimus, q̄re neq₃ impotentia ista pacto aliquo in sylli rōne censebit. ¶ Preterea, si rōnem, in qua fit nō penes hoc, syllꝫ dicamus, sequet non penes hoc non esse non penes hoc, qḋ absurdissimum, si enim ex pmissis ppōnibus necessario sequitur talis ꝯclusio & eo, ꝙ tales ppōnes sunt, nō fiet non penes hoc, q̄ nō penes hoc eaꝫ syllogistice ratiōis particulā destruit, qua dicebamus ꝯclusionē sequi, eo ꝙ hęc sint, quēadmodū de nō causa vt causa dicebat Arist. in elenchis sophisticis. Et ppterea quum impotētia hęc rationem destruat syllogisticam addimus, duobus in locis fuisse pertractādum de eo, qḋ est nō penes hoc, & hęc in priorıbus resolutorijs, & in sophisticis etiam elēchis, & in prioribus quidem resolutorijs latius, vt cōtra simplr syllm peccat, pssius ⁊o in elēchis sophisticis, vt dialectico ratiocinio adversatur, quapp diversis etiam noib⁹ fuit impotentia hęc nuncupata hic & ibi, q̄ sub diversis considerationibus cōsiderabat, hic eni non penes hoc eē dicimus sive rō ipsa pbabilis appareat, sive etiā sit manifeste non concludens, ibi ⁊o tm̄ non causa vt causa esse dr̄, quuꝫ ratio aliquā pbabilem evidētiaꝫ habuerit & ob hęc differre hęc inter se dicimus sub his rōnibus cōsiderata, si ⁊o eodem modo vtraq₃ accipiatur, sive ambo latius, seu pssius vtraq₃, proculdubio eadem penitus censenda sunt, non penes h̄ & nō causa vt causa, qḋ & Arabes optime significarūt impotētiā istam nō cām vt cām vocitantes, quā Phs appellat non penes hoc. ¶ Si ⁊o quispiā de vtilitate impotētię huius q̄reret, respōdemus quēadmodum & Levi Gersonis ac nōnulli alij inquiunt, vtilez hanc esse cōtra sophisticas disturbationes, ne fortasse aliquando credamus ex veris ppositionibus falsam cōclusionē colligi posse, aut si cōclusio q̄piam per impossibile deducatur, ignoremus iuxta quaꝫ hypothesin concludat conclusio illa, & tādem vtilis est speculatio hęc ad passiones pprietatesq₃ syllogisticas dignoscēdas, sed iā ad cōtextum enarrandū accedamus, ait itaq₃, accidere nō penes h̄, qḋ plerūq₃ cōsuevimus dicere in rōnib⁹ ac disputationibus, primū ac ppie & vere est in syllogismis ad impossibile, quādo fit ad cōtradictionem illius, qḋ monstrabatur deductione ad impoſe, puta in exemplo, dico oēm corvū esse nigrum, si eni hoc non est veruꝫ, sit ergo suum oppositū, aliquis corvus non est niger, omne volatile est albuꝫ, omnis corvus volatile, omnis igitur corvus albū, sed hoc est impossibile, quare & suppositum, aliquem. vꝫ. corvuꝫ non esse nigrū, dicet itaq₃ simul disputans, falsuꝫ quidem esse, oēm corvum esse album, non tñ hoc seq penes supposītionem dicentem, aliquem corvū nō esse nigruꝫ, est ergo nō penes hoc penes contradictionem illius, qḋ monstrabatur per deductionem ad incōmodum.

Nō penes h̄ nō recipit diffinitionē sylli.

Nota cāꝫ q̄re h̄ & in elenchis fuerit ptractatū de nō penes h̄, & nō cā vt causa.

Nota q̄ sit vtilitas huius impotentię syllogisticę non penes hoc.

¶ Neq₃ eniꝫ qui nō cōtradixit, dicet quod est non penes hoc, sed ꝙ falsum aliquid positūꝫ fuit eorū, que prius, neq₃ in ea que monstrat, non enim ponit, qḋ cōtradicit. Amplius autē

quando sublatũ fuerit aliquid ostensiue per a/b/c/nõ est dicere, qđ nõ penes positũ factus est sylls, nãq; non penes hoc fieri, tunc dicimus, quãdo sublato hoc/nihil minus concludatur sylls, qđ nõ est in ostẽsiuis, sublata eni positione neq; ad hãc erit sylls. Manifestuz igiť ꝙ in ijs, quę ad impossibile dicitᷓ non penes hoc, ꝛ quando ita se habeat ad ĩpossibile, suppositio, quę a pꝛĩcipio, vt ꝛ existẽte ꝛ nõ existente hac nihil minus accidat a/impoĺe.

Nota q̃re nõ penes hoc fi/at in đductio nib⁹ ad ĩpoĺe

¶ Reddit rõnem quare non penes hoc semper fit in deducentibus ad impoĺe, qm̃ inquit ibi tm̃ possumus dicere nõ penes hoc, vbi facta fuerit cõtradictio aliqua, quẽadmodũ fieri consueuit in deductionibus, in q̃bus semꝑ oppositum q̃siti supponimus, si igiť nulla facta fuerit ꝯdictio/nõ dicemus cõclusionẽ sequi nõ penes hoc, sed potius ꝯnem eẽ falsaz/qm̃ pmissarum ꝓpõnum aliqua falsa extiterit, ꝛ ꝓpterea neq; in ostensiuo etiam rõcinio fiet non penes hoc, qm̃ in ostẽsiuis mõstrationibus, nãq; aliquis ponit ac supponit, ꝛ tãq; cõcessum accipit id/quo ꝯdicit q̃sito in monstrationem proposito. [Amplius aũt.] Alia rõ/qua monstrat in ostẽsiuo rõcinio fieri non posse nõ penes hoc, qm̃ nõ penes hoc fieri dicimus, quãdo nihil minus talis sequať cõclusio, quã ꝓposuimus in monstrationem, quũ fuerit suppositio sublata, q̃ quãdo posita sit, si itaq; in ostẽsiuis rõcinationib⁹ hoc fieri negt, planum ꝙ neq; in his fiet non penes hoc, quum nãq; sustulerimus positionem seu admissam aliquaz ꝓpõnẽ, neq; ad hanc ꝯclusionem ꝯcludendam fiet sylls, qđ rõnẽ perimit eius/qđ est non penes hoc, quare manifestuz ꝙ in solis deductionibus efficitur non penes hoc, ꝛ quũ suppositio/quę accipitur ad impossibile ꝯcludẽdũ iam a principio/eiusmodi sit, vt siue hęc ponatur, siue perimať, nihil minus sequatur impossibile determinatum.

¶ Qui igitur manifestissimus est eius/quod est non penes positionem esse falsum, quando a suppositione inconiunctus sit a medijs ad impossibile syllogismus, quod dictuz est ꝛ in topicis, non causam enim vt causam ponere/hoc est, vt si volens mõstrare ꝙ diameter est incõmẽsurabilis/argueret Zenonis rationem/ꝙ nõ est moueri, ꝛ in hoc deduceret impoĺe, nullo nãq; modo nullibi continuuz est falsum dictioni quę a pꝛincipio.

Nota p̃mũ modũ q̃ fit nõ penes hoc: ꝛ est qñ suppõ ẽ iconiuncta ad me⁹ ex q̃bus ꝯclõ đducit.

¶ Scđm binos inquit modos efficiť nõ penes hoc, quorum vnus manifestissimus est, qñ sylls ꝛ cõclusio, quę ꝑ impoĺe monstrať sit inconiũcta a medijs ꝛ ꝓpõnibus a/ suppõne, hoc est quãdo suppositio iaz cõcessa ꝛ media .i. propositiones ꝯcludentes talem ꝯnem ad impoĺe deducendo sint incõiũcte, neq; terminum aliquẽ cõez retinentes. ¶ Manifestissimuz autẽ inquit Aluidus Rosadis modũ istum nũcupauit, qm̃ nemo ferme aut pauci reperiunť, qui ab huiuscemodi obratiocinijs decipiãtur, vel aliter manifestissimũ, q͛a vnusquisq; facile potest cognoscere ꝯclusionẽ nõ sequi penes suppositionẽ admissam.

Topica .i. sophistici elenchi: ꝛ q̃re sic appellant.

[Qđ dictum est ꝛ in topicis.] Topica vocat sophisticos elenchos nec immerito, ibi eni traduntur obratiocinationũ loci, quẽadmodum ꝛ in antecedẽtib⁹ voluminis dialecticorum sylloꝫ, est autẽ τόπος seu locus, referẽte Alexandro ex authoritate Theophrasti ph̃i/principiũ vel elementum/inscriptione determinatum, singularibus vo indeterminatũ, qm̃ igitur ꝛ sophisticaruz fallaciarũ loci q̇dam tales sunt/nõ iniuria ꝛ sophistici elẽchi topica nuncupantur. Adde ꝙ quẽadmoduz priora ac posteriora in vnuz rediguntur librũ, ꝛ ambo analytica seu resolutoria nũcupanť, ita ꝛ topica ꝛ sophistici elenchi, ꝛ vtraq; topica vocari possunt, veluti ad calcem libelli de elenchis sophisticis innuit Aristoteles.

Dub⁹ q̃re si ptractauit i topicis de hoc falso seu ipo⁹ syllogistica.

¶ Si vo quispiaz q̃reret cur in topicis octo voluminibus nõ pertractauerit de eo/qđ est non penes hoc, quemadmodum de petitione eius/qđ in principio. ¶ Respõdemus factuz hoc ideo fuisse, qm̃ omnes impotentię, quę fiũt nõ penes hoc rõnem syllogisticã destruũt, qđ petitio nõ facit.

Solutio.

Instantia.

¶ Qz si obijcias ph̃m dicẽtem in elẽchis de nõ causa vt cã, ergo irratiocinãtes quidem simplr nõ sunt hę rationes, ad ꝓpositum autem irrõcinatę.

Solutio.

¶ Respõdemus si rationes istę veluti supra etiam diximus accipianť, vt syllm construunt nõ appellanť non penes hoc neq; nõ causa vt causa, qm̃ hoc noie tm̃ censenť, quum non arguunt eo ꝙ hę sint, qđ de ratione fuerat syllogistica. Aut in topicis istõ asserunt, ꝗ est in octauo topicoꝫ, vbi de falsa rõne, de petitiõe eius, qđ in principio, ꝛ de eo/qđ est non penes hoc nõnulla summatim ptractat. [Ut si volens mõstrare.]

Nota ex⁹.

Exemplũ ponit eius/qđ est non ꝓpter hoc, quũ termini sunt icõiũcti, quẽadmodum inquit, si quis deductione ad icõmodũ monstrare vellet/diametrũ coste incõmensurabilem eẽ ꝛ ita faceret, si non est vera ꝯclusio hęc, sit ergo oppositũ, igiť diameter est cõmensurabilis, qđ si ita est, sequitur motuz dari, qđ fieri nequit, nãq; si diameter est cõmẽsurabilis/ ꝛ q̃cunq; moueť prius mouetur super dimidium spatij q̃ supra totuz, ꝛ prius supra dimidiũ dimidij, ꝛ ita in infinitũ, si aliq̇d mouebiť/cõtinget infinita ptransiri, falsum est igiť motum dari, ergo ꝛ suppositũ falsuz erit, diametrum .vz. cõmensurabilem esse, factuz est igiť non penes hoc in terminis inconiunctis, vt planuz est.

Zeno Eleates de motu.

¶ Appellat autem rõnem hanc de motu/rõnem Zenonis, qm̃ Zeno Eleates ph̃s, qui ob disputãdi acrimoniam ἀμφοτερόγλωσσος etiã nũcupat⁹ est. Unde de eo Timon ph̃lius ἀμφοτερογλώσσου μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν Ζήνωνος. quattuor ꝑcipue rationibus atq; argumẽtis motum non esse monstrare credidit, quemadmodum in Zeta naturalis auditus narrat Aristoteles, iter quas ꝛ ea cõnumeratur, quam vocauerat Achillem.

¶ Alius aũt modus si ꝯtinuũ sit impoĺe suppositioni, non tñ ꝓpter illaz accidat, hoc enim ꝯtingit fieri ꝛ sursum ꝛ deorsuz accipiẽti cõtinuuz, vt si a/ponatur ipsi b/inesse, b/aũt ipsi c, c/vo ipsi d, hoc autem sit falsuz b/inesse ipsi d, nãq; si ablato a/nihil minus inesset b/ipsi c/ ꝛ c/ipsi d/non esset vtiq; falsum, ꝓpter suppositionem, quę a pꝛincipio, aut rursus si q̇spiã sursum acciperet continuũ, vt si a/ipsi b, e/vo ipsi a/ ꝛ f/ipsi e/falsuz esse posset f/inesse ipsi a nãq; ꝛ sic nihil minus esse posset impossibile/sublata suppõne/quę a pꝛincipio.

¶ Duos superius esse diximus modos eius/qđ est non penes hoc. Alter huc usq; fuit expositus, quũ termini nullã inter se coherẽtiaz retinent. Secũdus impꝛesentia enarrabitur, quũ termini cõtinui sunt, qui suppositionez copulant impossibili conclusio, ait ergo bifariã fieri posse nõ penes hoc in terminis cõtinuis/ꝛ sursum ꝛ deorsum accipiendo terminos, veluti si accipiať, omne b/a, omne c/b/

Scđs modus quũ termini sũt ꝯtinui: vel sursuz vel deorsum.

omne d/c/ꝛ cōcludamus omne d/esse b, qđ falsum sit ac impoſe, ꝛ ppterea falsuʒ esse dicamus, omne b/esse a, qđ tā҃ꝗ suppositum acceptū fuerat, fiet non penes hoc, nāqꝫ ablato a, nihilominus remanerent reliquę ppōnes illud idē impoſe concludentes, omne c/b, oē d/c, omne d/b, veluti in exēplo sit monstrandum per impoſe, aliquod animal nō eē aiatū, ꝛ dicamus, si hoc nō est verū, sit igiᷓ suū oppositū, omne aial aiatum, deinde addamus, oē albū aial, ois cerusa albū, omnis cerusa igiᷓ aial, sed hoc ipossibile, quare ꝛ suppositū, omne aial esse aiatum, fit igitur non penes hoc/eo ꝙ ablato etiā hac ppōne illud ideʒ sequitur incōmodum, est ergo si nō penes hoc in terminis cōtinuis deorsuʒ accipiēdo. Fit aūt ꝛ idē hoc a parte pdicati ꝛ sursuʒ, veluti si acciperemus, oē b/a, omne a/e, oē e/f, ꝛ concluderemus, oē a/esse f, qđ falsum ꝛ impoſe, nāqꝫ siue oē b/esset a, siue etiaʒ non eēt, oino seqretur impossibile illud, quēadmoduʒ in exēplo, omne aial aiatum, oē aiatum coruus, ois coruus nigruʒ, oē aiatum nigrum, qđ est absurdum, siue enim ponatur, omne aial eē animatū, siue non, oino sequitur illud impossibile, quare fit nō penes hoc accipiendo terminos ad partem pdicati.

¶ Sed opʒ ad terminos/qui a principio coaptare impoſe, sic eni erit ppter suppōnem, vt deorsum accipiēti cōtinuū ad pdicatū terminoꝝ, naʒ si impoſe a/ipsi d/inesse ablato a nō amplius erit falsum. Sursum vero de quo pdicatur, si eniʒ nō accidit f/inesse ipsi b/ablato b/non amplius erit impoſe. Consimilr aūt ꝛ priuatiuis existibus syllīs. Planuʒ igiᷓ ꝙ impossibili nō existi ad terminos, qui a pricipio, non accidit falsum penes positionem.

¶ Oportet ingt si volumus impoſe cōcludere ppter suppositioneʒ coaptare ꝛ cōiungere impoſe cōclusuʒ terminis suppōnis a pncipio assumpte, puta in exemplo ppo-sito/si ɔcluderemus, nō omne d/esse b, sed oē d/esse a, fieret vtiqꝫ falsum ꝛ impoſe, propter a, neqꝫ amplius possemus dicere, ꝙ nō accidit absurdū penes a, ꝛ ꝙ ipso ablato non sequaᷓ falsum. Cōsimilr ꝛ in alio exēplo, si concludas non omne a/esse f, sed oē b/esse f, nō amplius poterimus dicere/ꝙ falsum nō accidat penes b, ꝛ ꝙ ipso sublato nihilominus sequaᷓ impoſe. [Cōsilr autē.] Eodē ingt mō fiet ꝛ in negatiuis suppōnibus, puta si quispiaʒ monstraturus, nullū hoiem esse lapidē dicat, si nō est verū, sit ergo oppositū, aliqs hō lapis, deinde addat, oē nigruʒ lapis, ois ethiops niger, ois igitur ethiops lapis, qđ est impossibile, ꝛ ita in reliqs oibus e modis ꝛ figuris faciēduʒ est, nāqꝫ veluti ꝛ Aluidus Rosadis ingt ɔstructio taliuʒ cōplicationū in oibus figuris est valde sibi ppinqua ac similis. [Planuʒ igiᷓ.] Manifestū inquit, nisi coaptauerimus impoſe cōclusum terminis a principio in suppositione acceptis/non accidet falsuʒ penes positioneʒ, ꝛ hīt ingūt nōnulli dixit [accidit,] qm neqꝫ ita semp fit ipossibile penes positionem, qđ ꝛ ipse declarans ait.

¶ Aut neqꝫ ita semp ppter suppositionē erit falsum, nāqꝫ ꝛ si positū fuerit a/inesse nō ipsi b, sed ipsi k, k/vero ipsi c, ꝛ hoc ipsi d, ꝛ sic manet impoſe. Consimilr autem ꝛ sursum accipienti terminos. Quare quoniam ꝛ existenti ꝛ non existenti hoc accidit impossibile/non esset vtiqꝫ penes positionem.


¶ Verū ingt nec sic coaptātes termīos semp penes positionem concludemus falsum, vt in exemplo sit a/aial b/inanimatum, ita ꝙ supposito sit omne inanimatum animal, deide sit k/corpus c/lapis d/gagates, ꝛ ita faciamus complicationeʒ, omne inanimatū animal, omne corpus aial, ois lapis corpus, ois gagates lapis, ois igiᷓ gagates aial, qđ impoſe, in hoc itaqꝫ exēplo impoſe ɔclusum, ois gagates aial coaptatur suppositioni oē inaiatuʒ aial, ꝛ tn̄ non est dicendū absurdū hoc accidere penes positioneʒ, qm̄ ꝛ hac suppositione apposita, ꝛ ablata etiā oino idē sequitur impossibile. ¶ Scitu vero dignum/ꝙ coniūctio illa aut apud grecos ꝛ Aristotelē diuersis in locis diuersa significat, nōnūꝗ eniʒ distungit, aliquādo exponēdi gratia additur/alias interrogandi, nonnunꝗ dubitandi vel soluendi, quemadmodum fortasse impręsentia.

Nota ɔiūctio nē/aut/apud Aristotelē diuersa significare.

¶ Aut hoc/quod est/non existēti hoc/nihil minus fieri falsum, non ita accipiēduʒ vt quum aliud poniᷓ, accidat falsum, sed qn̄ ablato hoc per reliquas ppōnes idē cōcludaᷓ ipoſe, qm̄ idē vtiqꝫ falsuʒ p plures suppōnes accidere, nihil fortasse incōueniēs, veluti coalternas cōcidere, ꝛ si maior est extrinsecus intrinseco, ꝛ si triāgulus hēt plures rectos duobus.


¶ Quasi seipsum corrigit, dixerat eni nō semp ppter suppositionē cōcludi impoſe/quāʒ cōclusio coaptaᷓ suppositioni, quoniā plerūqꝫ variaᷓ suppōnis subiectuʒ, vel ēt pręedicatū in reliquis ppōnibus assumptis, nūc auteʒ dicit quasi dubitationeʒ occurrentē soluens, aut neqꝫ sic dicendum est p ɔclusionē coaptari suppōni, quāʒ varientur suppōnis termini in ppōnibus acceptis, ꝛ ppterea non est intelligēduʒ nō penes hoc fieri, quāʒ alio posito nihil minus accidat falsuʒ. ¶ Sʒ nūc efficiᷓ non penes h proprie, qn̄ ablata suppositione ex qua dicimus sequi ipossibile, nihil minus concludiᷓ idem absurduʒ, nil eteni phibet cādem falsam ɔnē per plures cōcludi syllos, ꝛ ppea alio posito idē deduci impoſe, quēadmodū in exemplo, posset quispiaʒ mōstrare coalternas ꝛ eqdistantes lineas cōcidere, ꝛ si argueret, extrinsecū anguluʒ causatū a recta supra coalternas cadēte maiorē eē intrinseco, ꝛ si iterum ostēderet triāguluʒ hēc tres angulos equalentes pluribus rectis ꝗ̄ duobus, ex his eniʒ vtrisqꝫ sequr coalternas concidere, quēadmoduʒ ex ipsoꝝ oppositis eas eqdistantes esse, vt ex octauo ac vicesimo ꝛ secundo ac tricesimo pmi elemētoꝝ theorematibus colligi pōt. ¶ Sed faciamus ꝛ expositorias monstrationes/ac pmo supponamus quod nōnulli tā҃ꝗ petitioneʒ admittunt, rectas/supra ꝗ̄s recta cadēs angulos intrīsecos in eādē pte minores duobus rectis facit/ptractas ɔcidere, deinde descriptioneʒ faciamus hanc in moduʒ/sint recte eqdistantes seu coalterne a/b/c/d/supra quas recta cadens e/f/ipsas secet in pūctis g/h, dico si angulus e/g/b/extrīsecus maior extiterit angulo g/h/d/intrīseco, ꝙ lineę a/b/c/d/quas coalternas supposuimus ɔcident, addaᷓ itaqꝫ angulis supradictis angulus cōmunis b/g/h, nūc/si e/g/b/extrīsecus ē maior g/h/d/intrīseco, quū angulus e/g/b/

Nota qn̄ ppͤ dicātur accidere falsū nō penes hoc.



Expō exēpli mathematici de lineis coalternis.

simul cum angulo cōi addito b/g/h/sint equales duob⁹ rectis, qa causati a recta supra rectam, ⁊ isti ambo simul sint maiores h/g/b, ⁊ g/h/d/ intrinsecis, si enim minorib⁹ eq̄lia addant, que remanēt sunt minora, sequit h/g/b, ⁊ g/h/d, minores eē duobus rectis, ergo ex cōcesso linee cōcidēt, qm̄ recta supra rectas cadens angulos intrinsecos in eādem partem minores facit duobus rectis. Item mōstret idem hoc altero mō, sit triangulus a/b/c, habēs angulos equales plurib⁹ rectis q̄ duob⁹, deide eq ciat b/c/ lies vsq ad d, q̄ niā igit a/c/b, ⁊



a/c/d/anguli sunt eq̄les duobus rectis, manifestum q mi nores erunt tribus angulis a/b/c/ trianguli, quoniā ij eq̄les erant plurib⁹ rectis q̄ duobus, ergo ⁊ a/c/d/ angulus extrinsecus minor erit duob⁹ intrinsecis oppositis, si enim minorib⁹ equalia demant/ que remanēt sunt minora, secetur igit a/c/d/ angulus in duos eq̄les angulos per e/c/ lineam coalternā linee b/a. Planū itaq q duo noui anguli ex sectione ista causati minores erūt a/b/c, ⁊ b/a/c/ angulis, ⁊ ita angulus e/c/a/ mior erit angulo b/a/c/ suo coalterno ac vicissim cōmutato, ergo b/a/ ⁊ c/e/ linee coalterne ⁊ equidistātes concurrent, qd̄ fuerat mōstrandū, sic igitur ex duab⁹ falsis suppōnibus eadē cōclusio falsa colligit, qd̄ fuerat a pncipio ppositū. ¶ Atq hec de eo/ qd̄ est nō penes hoc dicta sufficiant, satis nāq fuit ordinis ratione ascripta q̄siuisse an impotentia hec sylli rōciniūq esset/ quare in duob⁹ locis de ea ptractauerit/ an non penes h ⁊ non causa vt causa sint idē penitus, an vo aliquo iter se pacto differāt/ quis impotētie isti⁹ visus atq vtilitas/ deinde enarrasse quō elenchi sophistici topicorum nomine veniant/ cur in topicis octo voluminib⁹ non fuerit de eo/ qd̄ est non penes hoc ptractatum, q Zeno Eleates q̄tuor rationibus motū destruxerit/ quqz varia signet coniunctio, aut quonā modo bifariam concludere possimus coalternas atqz equidistantes coincidere. His itaqz expositis ⁊ enarratis iam ad reliqua transeamus.

Epilogus.

¶ DE FALSA RATIONE.

SEd falsa rō efficitur penes primum falsum, aut enim ex duabus ppositionibus, aut ex plurib⁹ omnis est syllogismus. Si igit ex duabus/ harū alteram vel ⁊ ambas necesse est falsas esse, ex veris enim non erat falsus sylls, q si ex pluribus, vt c/per a/b. Hec per d/e/f/h/ ex his aliqd superiorum falsum erit, ⁊ rō penes hoc, nāq a/ ⁊ b/ per illa concludunt, quare penes illorū aliquid accidit conclusio ⁊ falsum.

Circa cōtextū hunc varij varia ptulere, nōnulli enī que hic dicunt/ superiorib⁹ annectant volētes eūdem ordinē ac sensum in his oib⁹ seruari, alij vo intentionē esse dicunt docere, quonā mō quibusue obseruationibus rñdens pcauere possit qd̄ est nō penes h. ¶ Alij autem occurrere aiūt Phm latenti decipulo/ ne fortasse aliquis ex falso verum sequi crederet. Nos autem dicimus intētionem Aristotelicā esse/ de reliquis impotentijs syllogisticis sermonē habere, q enim vi syllogistica falsum cōcludi possit impotentia quedā esse videt, ⁊ ppea addimus/ q posteaq̄ Phs monstrauit rationes aliquas fieri, que nām ac formā simplicis destruūt sylli, impsentis ea enarraturus est, que quodāmodo mōstranti ac ostēsiuo rōcinio derogant. ¶ Ceterū antq̄ cōtextū aggrediamur distinguamus primum quot modis rō aliq̄ falsa dici possit, quēadmodū facit Arist. in 8° topicorum ⁊ in sophisticis etiam elenchis. Falsa igitur rō quadrifariam dicit. Uno qdem mō si nō concludit/ ⁊ videat concludi, aut qui nō est sylls videt eē sylls. Alio autem quādo pcludit qdem sed nō ad ppositum, qd̄ maxime accidit in deducētibus ad impole. Tertio si concludit ⁊ ppositum ēt cōcludit, nō tamē ex pprijs scie illius principijs. Quarto si ppositiones false fuerint verā vel falsam colligentes pclonem. Quū itaqz tot modis rō falsa eē dicat. Aristo. de ea nunc fm quartū modū solūmō ptractat, nec fm ēt totum, nāqz quō ex falsis ppōnibus verā pcludi possit iā supra a principio enarrauit, dū potētias exponeret syllogisticas, agit igit impsentia de falsa rōne, que ex falso orta/ pns etiam falsum pcludit. De primo aūt mō in sophisticis elēchis sermo habet, in his eni de litigiosis atqz apparētib⁹ agit rōcinationibus. Sz de scdo iam supra in primo caplo ptractatū fuit, hoc enim est non penes hoc. De tertio vo in posterioribus agit, de solis itaqz duob⁹ rōnū falsarum modis differendū fuit hoc in volumine, qm̄ fm hos potētie atqz impotētie elucidabunt syllogistice. Reliq vo alijs artificibus derelicti demonstratori inq̄/ dialectico ac sophiste, qm̄ ij circa mās magis syllorum versabant. ¶ Nō est autem impsentia q̄rendum an rō falsa fm modū istum definitionē suscipiat sylli, pptrea q nemini dubiū, quēadmodū supra ēt mōstrauimus/ ex falsis ppōnib⁹ verum syllm cōstrui posse, sed qm̄ syllogismi nām cōsequit aliquid ostēdere, ⁊ rō hec ex falsis vtpm nihil ostēdit, non iniuria ad impotētias syllogisticas reiecta est, verum ad pterum enarrandū iam pedem feramus. [Sz falsa rō.] Falsum inqt argumētū falsam colligēs pnem efficit penes primū falsum/ hoc est falsum, qd̄ est in ppōnib⁹, nūq̄ eniz falsa sequeret pclusio, nisi aliqua pponum falsa eēt, nāqz sylls ois aut simplex ex binis est ppōnibus, aut cōpositus ex pluribus, si ex duab⁹ falsa colligit cōclusio, ex necessitate aut altera aut ambe ppōnes sunt false, ppea q vt ex supioribus liquet/ ex veris falsum pcludi negt. Cōsimilr si ex pluribus, vt e/ concludat per a/b/ ppōnes, ⁊ he per d/e/f/h, a/per d/e/ ⁊ b/per f/h/ si inquā ita sit, ex his ppōnibus aliqua falsa erit, aut ex imediate cōcludētib⁹ e/ aut ex pceratiocinātib⁹ a/b/ ⁊ rō ipsa falsa nuncupabit penes ppōnem illā falsam. Hec igit de ordine/ intētiōe/ ac modis false rationis perstricta sufficiant.

Quot modis dī rō falsa: ⁊ de ea diuersi artifices cōsiderant.

Rō falsa non est sylls sz impotētia syllogistica.

Nūq̄ seq fit falsa pclo nisi sit aliq̄ ppōnum falsa.

Nota intētionē hui⁹ cap. a multis diuersimode expoui.

¶ DE EO QVOD EST NON RATIOCINARI.

AB hoc autem q nō fiat rōcinium/ obseruandum quādo sine cōclusionibus rōnem interrogat, ne his in ppositionibus idē detur, qm̄ scimus q sine medio nō efficit sylls, medium vo est, qd̄ pluries dicit, qualiter autem opz ad vnāquāq cōclusionē medium obseruare/ manifestum ex eo/ q scimus, quale in vnaquaqz figura monstratur. Hoc autem nos nō latebit eo/ q scimus/ quō pstamus rationem.

Inquiunt nōnulli posteaq̄ in supioribus docuit Phs ferre instātias ptra eos/ qui opp

Que Aristo. tele itēro in hoc capl.

cõcludere festinabant p impõle, et rursus exposuit falsã õclonem sequi eo, q̃ ppõnuz aliqua falsa eẽt, q̃ imp̃ntia docet quõ p̃cauẽde sunt recte rõnes, quę nos ad õdictionem ducunt, et illi q̃dẽ ista hunc in modũ. Nos autẽ neq̃ ista penitus reijciẽtes, neq̃ etiaz approbãtes, ordinis nr̃i seriẽ ac ppositũ secuti, dicim⁹ Aristotelis itẽtionẽ esse reliquas syllogisticas impotentias exequi, et q̃m celatio seu latẽtia, quã gręci κρύψιν vocãt, quodãmõ rõcinãdi viz diruit ac labefactat, ppterea docet prius cauere celationem, mox etiaz ipsaz p̃ficere, hoc aũt ideo facit vt artifex quisq̃ ex vñi isto volumine aliquid vtilitatis reportaret.

Celatio quam greci κρύψιν vocant diruit vim syllogisticã, q̃ quã nũc pertractat Aristoteles.

Dubium.

Quęreret si q̃spiam scitaret cur de celatiõe ista nunc pertractet Aristo. quũ tamẽ alioqui magis hęc ad tẽtatorem attineat atq̃ octauũ topicorum.

Solutio.

Dicimus hoc ideo factũ fuisse, q̃m non solus pirasticus, sed et demõstrator celatione aliq̃n vtitur, si eni imediatas ac p̃mas ppõnes assumpseris volens lõginquã õnem aliquã concludere, nimirũ celatiõe ac latẽtia vti diceris. Primo itaq̃ hoc in cap̃ Phs docet quõ celationez possimus effugere ac vim syllogisticam ingens. [Ad hoc aũt q̃ non fiat rõcinius.] Hoc est, si volumus cauere, ne q̃spiaz cõtra nos celãdo aliq̃d cõcludat vi rõcinij ac sylli, obseruandũ ac p̃cauendũ est, ne idẽ terminus bis det et õcedat in ppõnibus, q̃ñ iterrogat rõnez sine õnibus, hoc est quãdo celationẽ facit, est eni pręceptũ vnũ in octauo topicorum traditũ, vt lateamus rñdentez, q̃ solas ppões omissis õnibus pponamus, et p̃terea cum hoc fit, fugiendũ est ne bis idẽ terminus concedatur in ppõnib⁹, q̃m scimus ex supra determinatis in priori volumine q̃ sine medio termino nõ fit syll's ac rõcinius, et ideo si idẽ bis nõ õcedemus in ppõnib⁹, nõ erit mediũ ad syllm õstruendũ, q̃m mediũ est, qđ pluries dr̃ añ õnem, et hoc est q̃ vñi rõne atq̃ obseruatiõe p̃cauendũ est.

Preceptum ad p̃cauẽdum ne fiat nobis syllogismus.

Pręcipue autẽ et ad vnãquãq̃ õnem medium obseruabimus, si nr̃am suppõnez intuebimur ac cognoscem⁹, planũ eni q̃ oppositum istius volet aduersarius õcludere, nãq̃ si cõtigerit suppõnem nr̃am esse affirmatiuaz in parte, nimiruz vl' ter negatiuã õcludere volet, et ideo maxime obseruabimus ne medium demus in 2ª figura, q̃m in hac maxie õcludit, et õsimiliter de reliquis dicendum erit, affirmatiua enim vl'is in p̃ma õcludit, particulares vero et affirmatiua et negatiua in tertia, et ppea inquit Phs. [Hoc aũt nos non latebit eo, q̃ scimus, quõ p̃stamus rationem.] Ac si diceret, hoc autẽ facere sciemus, quoniam nõ ignoramus quõ sustinemus positionẽ ac disputatiões nostrã, et ideo si p̃stamus ac sustinemus vt ita dicã negatiuam in parte, non debemus ea concedere, quę faciunt ad vniuersaliter affirmatiuam concludendam.

Preceptum aliud ad p̃cauẽdum ne õcludatur determinata õclusio.

Oportet autez qđ a respondentibus cauendum enuntiamus, ipsos arguentes conari latere. Hoc autez erit p̃mũ quidem si conclusiones non pręratiocinent, sed acceptis necessarijs sint obscure. Amplius vero si ppinqua non interrogat, sed q̃maxime imediata, vt sit opus cõcludere a/de f/media b/c/d/e/ oportet itaq̃ interrogare si a/ipsi b, et rursus non si b/ipsi c, sed si d/ipsi e, et postea si b/ipsi c/ et sic reliqua. Ac si per vnum medium fiat syllogismus, a medio incipere, maxime enim sic latere posset respondentem.

Hucusq̃ docuit quõ euitanda celatio sit, abhinc expositurus quõ eadem fieri cõmode possit, et ait, oportere arguẽtem ipm conari latere in ijs oĩbus, quę a respõdente p̃cauenda esse diximus, hoc autem appositissime fiet, primum si cõclusiones non pręratiocinetur, sed ppositiões tñ accipiens õclusiones ipsas obscuras et latentes dimittat. [Amplius vero si ppinqua.] Pręterea inquit latebit arguens, si nõ interrogabit ppinquas ppositiones, hoc est eas, quę statim cõclusionem inferunt, sed q̃maxime immediates et longinquas, i. eas quę maxime distant a pposita cõclusione, imediata nãq̃ vt in posterioribus dicet propositio est, qua nõ est altera prior. [Ut sit opus õcludere.] Exẽplo declarat quod dixerat, simul et aliud celationis p̃ceptum addens, de quo in octauo topicorum etiam cõmeminit, vbi inquit oportere ppõnes nõ seriatim, sz ordine pmutato pponi, sint igit termini ad syllm cõpositũ extruendum a/b/c/d/e/f/ vtile/ bonũ/ desiderabile/ eligibile s'm nãm, voluptas, et sic concludendum a/de f, hoc est oẽm voluptatẽ eẽ vtile. Tũc media ad õnem istaz erunt b/c/d/e/ bonuz/ desiderabile/ eligibile/ s'm nãm, debemus itaq̃ primũ iterrogare/ an a/ vtile insit ipsi b/ bono, deinde non statiz si b/ bonũ insit ipsi c/ desiderabili, qđ õñs fuerat, sed si d/ eligibile insit ipsi e/ s'm nãm, et postea pmutatim si b/ bonum insit ipsi c/ desiderabili, et ita si plures ẽt interrogande vel accipiende fuerint.

Dubium.

Sed quęreret nõ iniuria aliquis cur ita dixerit interrogãdas esse ppositiones, non aũt accipiẽdas, quũ tñ aliquãdo supra dixerim⁹, celationem aliq̃n ẽt locuz quẽdã hr̃e apud demõstratorem?

Solutio.

Rñdemus, q̃ hoc ideo factuz fuit, q̃m celatio maxime ad pirasticuz et tẽtatorẽ attinebat, p accidens vero et vix ad demonstratorẽ ẽt. [Ac si p vnũ.] Posteaq̃ supra mõstrauit quõ celatio et latẽtia fiat in syll'o composito, vbi p plura media õcl'o colligit, nũc exponit, quõ eadez effici possit in simplici rõcinio inquiẽs, si per vnicum mediuz fiat syll's a medio incipiendũ eẽ, q̃m ita maxie latere poterimus.

Aliud dubium.

Sed dubitaret nõ abre q̃spiã quõ ita incipiẽdũ sit a medio, nãq̃ in 2ª figura a medio nũq̃ possum⁹ incipere, quũ medium in vtrisq̃ p̃dicet, in 3ª vero semp a medio incipimus, quũ in ambab⁹ subijciat, sin aũt in p̃ma a medio exordiamur, maiorẽ ppõnẽ vtiq̃ p̃ponemus, qđ et sine celatiõe ac latẽtia fieri õsueuit?

Solutio.

Rñdem⁹ Phm de p̃ma figura tm̃ intellexisse, voluisseq̃ a maiore incipiendũ eẽ, quẽadmodũ et Aluidus Rosadis ingt, q̃m quũ maior vl'is valde sit, indifferẽs reddit ad plures õclusiones colligẽdas, et ppea nõ ita eã negat respõdens, quẽadmoduz fortasse negaret minorez, quę manifeste in ppositam tendit õnẽ.

Expositio Philoponi.

Joãnes vero Philoponus a medio incipere exponit, hoc est a minore, q̃m fortasse in ea, mediuz quũ sit p̃dicatũ maiorẽ hz pręrogatiuã, sz pace tanti viri, melior est Aluide expositio, qđ vero dicitur õsueuisse nos semp a maiore exordiuz sumere, pculdubio falsuz existimo, imo totuz õtrũ fit, q̃nquidẽ semp ferme p̃ncipiuz capim⁹ a minore, veluti plerũq̃ supra d̃claratũ ẽ.

Tria celationis p̃cepta in hoc volumine tradita sunt.

Tria igit referẽte ẽt Aluido de celatione hoc in volumine p̃cepta tradita fuere, hoc in volumine dico, q̃m in topicis multo plura exponunt. p̃m interrogãdas eẽ sine õnib⁹ ppõnes. 2m valde remotas ac lõginquas a pposito q̃sito. 3m variãdũ eẽ ordinẽ ac seriez ppõnuz. Uerũ de his hactenus de itẽtiõe p̃mũ, mox cur de celatiõe hoc in volumine pertractet, cur iterrogari ppões dixerit et non accipi, quõ a medio sumat initiũ, quot et q̃ sint celatiõis p̃cepta hic enũerata. Ad sequẽtia igit his explicitis trãseamus.

DE REDARGVTIONE.

Quoniam autez habemus quãdo et quomodo se habẽtib⁹ terminis fit syllogismus, manifestuz et quando erit et quando non erit redargutio:

quum eniꝫ omnes responsiones conceduntur aut vicissim ponuntur, vt hęc qdeꝫ negatiua, illa vo affirmatiua, accidit fieri redargutionem: erat enim sylls et ita et illo modo se habentibus terminis: quare si quod ponit contrarium conclusioni, necesse fieri redargutionem. Redargutio naqꝫ cotradictionis sylls: q si nihil cocederetur, impossibile fieri redargutionem: no eniꝫ erat sylls omnibus terminis priuatiuis existentibus, quare neqꝫ redargutio: si enim redargutio necesse syllm esse: syllo aut existente no necesse redargutioneꝫ. Consimilr vo et si nihil poneretur sm responsionem in toto: eadem naqꝫ erit determinatio redargutionis et syllogismi.

Cocludere ꝫdictoria e ipotetia syllica.

Quęadmodum supra dicebamus impotentiaꝫ ee syllogisticā posse falsam cocludere oneꝫ. Eode mo dicimus impotentia syllogisticā ee impotentiā ꝫdictoria ꝯcludere, qm igit redargutio seu elēchus h facit, no iniuria et huc iter syllogisticas impotetias ꝯnumerabimus. Acturi igit de redargutione, quę grecę ἔλεγχος dicit, primū distiguemus, quot modis vox hęc apud grecos accipiatur, deinde docebimus de quo significato sit impsentia sermo, mox ad que maxime ptineat artificem explicabimus. ¶ Scitu itaqꝫ dignū q vox ista elēchus apud grecos in multiplici significato accipit, pleruqꝫ enim elēchus idem est q argm ac summa quędā dicendoꝝ, quo noie et fabularum argumēta vocare cōsueuimus. ¶ Est et apud rhetoras elenchus signū atqꝫ iditiū, per qd in rei cognitione deuenimus, vn τὸ ἔλεγχον ἀναγκαστικόν. De quo et Aristoteles in altera sua rhetorica inquit. Elēchus est, qd non pot aliter se habere, sed ita vt nos dicimus, quęadmodum viuentes ciboꝝ indigere, puerulū non posse tātū argēti podus subterfurari, et ꝯsilia. et Demosthenes in oone ꝯtra Androtione. Elēchus inqt, et redargutio est, qū aliqs dicat et verum simul ostēdat. Sumit vo et aliter elenchus, vt idem est quod redargutio, quem definiēs in sophisticis inquit Aristo. ¶ Elēchus est cū cōtradictione sylls, vel alr elēchus est cōtradictio eiusde et vnius non nois, sed rei et nominis no synonymi, sed eiusde ex his, quę data sūt ex necessitate no cōnumerato, qd erat in principio sm idem et ad idem, et similr et in eodem tēpore. Qui vo non sunt tales, sed videnꞇ esse, non elenchi sed παρέλεγχοι ꝓprie vel sophistici elēchi nūcupanꞇ. ¶ De hoc itaqꝫ nūc pertractat Aristo. sub rone ista, qua syllo mōstranti derogat et impotētia quędā est syllogistica, est aute fortasse idem elēchus in hac significatione, quod ἀπόρημα, de quo in octauo topicoꝝ Aristoteles. ¶ Pertinet aute rōcinandi modus iste tentatori maxime ac pirastico artifici, mox et dialectico, vt respōdentem ad ꝯtradictoria deducit, quo aute et ad locū istum attineat iā supra diximus. Demonstrator vo elēcho aut redargutiōe minime vtiꞇ, nisi fortasse tētatoris habituꝫ aliquādo induat, veluti phs plerūqꝫ facit i libris post nālia. ¶ Sꝫ iā ad cōtextuꝫ veniamus, ait ergo, qū elenchus ois ac redargutio per syllogismos fiat ac rōcinia, si bn superius itellexerimus in q figura et qua cōplicatione fiunt syllogismi, planuꝫ et erit quādo erit redargutio, si enim ambas ꝓpositiones affirmatiuas, aut alterā saltem posuerimus, poterit vtiqꝫ fieri redargutio, qm supra docuimus vtroqꝫ modo syllogismū quoqꝫ fieri posse, et ex vtrisqꝫ affirmatiuis et ex altera tm, q̄re si qd verum supponimus contrariuꝫ aut oppositū extiterit cōclusioni inducte, nimiruꝫ erit redargutio, redargutio nāqꝫ seu elēchus est sylls cōtradictoriam cōcludens iam ꝯcesso. ¶ Sed q̄reret aliquis, si elēchus est sylls cōtradictionis, cur dixit superius, si qd ponit cōtrarium conclusioni, necesse fieri redargutioneꝫ. ¶ Rñdeo verum qdem ee et per cōtraria posse quępiaꝫ redargui, sed Aristoteles dixit syllm ꝫdictionis, qm q cōtraria concedit, cōtradictoria etiā fateꞇ, vt palam est, contrariū vo supra latius accepit vt consueuit. [Et si nihil cōcederetur.] Iaꝫ exposuit quo fieri possit redargutio, nūc enarrat, quo vetari, et inquit, si nihil concedatur et ambe ꝓpositiones negatiue fuerint, q nullo pacto fiet redargutio, quoniā ex ambabus negatiuis sylls etiam non ꝯstruebatur, omnis enim redargutio sylls, non aut ecōuerso. Consimilr et si nihil cōcedaꞇ in toto et vlter, no fiet redargutio, qm neqꝫ sylls sine vli fieri poterat, eadē nāqꝫ determinatio ac definitio vel ꝑtractatio est de syllo ac redargutione, et leges oes, quę syllo ascribunꞇ, redargutioni et coherebunt. ¶ Cęterū de redargutiōe, qt modis accipiatur elēchus apud grecos, quo impsentia, ad quem pertineat artificem, qui parelenchi, qd aporema, quo ex ꝫrijs fiat, iā hęc ꝑtractata sufficiāt. Ad reliqua trāseamus.

Dubiū quo elēchus sit syllogismus ꝫdictionis, quū et p ꝫria fiat redargutio. Solo q p ꝫria, et p ꝯtradictoria redargui.

Quo possit vetari elēchus.

Elēchus multis modis accipit apd grecos.

Quid sit elēchus apd rhetoras.

Definitio elēchi ꝓpe dicti.

Elēchus ide qd ἀπόρημα i 8 top.

Qui artifices vtant elēcho.

¶ DE DECEPTIONE QVAE SECVNDVM SVSPITIONEM.

Accidit aut aliqn, quęadmodum in terminoꝝ positione decipimur, et sm suspitioneꝫ fieri deceptionem, quęadmodū si ꝯtigit ide pluribus primis inesse, et hoc qdem latere quępiā et existimare nulli inesse, illud aute nosse, sit a, inexistens b, et c, per seipsa, et hęc omni d, consilr, si igiꞇ existimat a, oi qdeꝫ b, inesse, et hoc ipsi d, a, vo nulli c, et hoc omni d. Eiusdem sm ide habebit scientiam et ignorantiam.


Inscribitur hoc capitulū περὶ τῆς καθ᾽ ὑπόληψιν ἀπάτης. quod ide est ac si diceret, de deceptiōe, quę fit sm existimatione aut suspicatione nostrā, quid auteꝫ intendat per istud hoc in loco phs multi multa dicūt, nōnulli enim intētione ee dicūt pertractare de tertio peccato contra syllm ex oppositis, alij etiaꝫ aliter. Nos vo dicimus phm hic impotētiam aliaꝫ syllogisticā in mediuꝫ afferre, quo. vꝫ. accidat quosdā ꝯtraria sm existimationeꝫ ꝯcipe. Vel melius, posteaq̄ sapius ꝑtractauit Aristoteles de elēcho, ac redargutiōe, q sit iuxta terminoꝝ ac ꝓpōnū positione, impsentia acturus est de redargutiōe, quę efficiꞇ sm existimatione, q̄re de superioribus planuꝫ erit huiuscemodi deceptione syllogismo vel syllis potius ac rōcinijs absolui. ¶ Pertinere auteꝫ et dialectico et demōstratori etiā, quęadmoduꝫ inquit Leui Gersonis in hoc caplo agi de errore, qui accidit circa sciētiā, veluti et in pncipio posterioꝝ significauit Aristoteles eade ferme ad verbū ponens, quę hic quoqꝫ recitanꞇ. Ait itaqꝫ. [Accidit aute aliquādo.] Ac si diceret quemadmodum supra dicebamus elēchū ac redargutionem fieri iuxta terminoꝝ positioneꝫ, itidem hoc in loco asserimus deceptione fieri posse sm suspitione atqꝫ existimationem. [Quemadmodū si ꝯtingit.] ¶ Exemplūꝫ posuit, quonam pacto fieri possit huiuscemodi deceptio ingens, si ect aliqd vle, puta a, aial inexistens duobus b, et c, bipedi et mortali, et hęc ambo omni d, hoi, et aliqs existi-

Que sit lectio Aristo. in h cap.

Deceptio sm existimatione pertinet dialectico et demōstratori: vt in gr. Leui Gersonis.

Exm quo fiat deceptio q mediā nō sub se laicē posita.

maret a/aial/inesse omni b/bipedi,hoc autez.s. bipes inesse ipsi d/homini,ꝛ rursuz a/animal inesse nulli c/mortali,ꝛ hoc mortale inesse omni d/homini/eiusdez ſm idē habebit sciētiam ꝛ ignorātiam,ex cōcessis enim cōcludi poterit,oēm hoiem animal esse,ꝛ nullum hoiem esse animal,hūc in modū,omne bipes aial,omnis homo bipes,ois homo animal,ꝛ rursus/nullum mortale animal,omnis homo mortale,nullus igitur homo animal.





¶ Rursus,si quis deciperetur circa ea/quę ex eadez coordinatiōe,vt a/inest ipsi b,hoc autē ipsi c,ꝛ c/ipsi d,suspicaret̄ ꝟo a/omni b/ineē,ꝛ rursus nulli c,simul enim ꝛ noscet ꝛ nō suspicabit̄ inesse,igit̄ nil aliud censebit ex his/q̄ꝫ qd̄ scit,hoc nō suspicari,scit eni quodāmō,ꝙ a/inest ipsi c,veluti vniuersali/quod ſm ptez,quare qd̄ quodāmodo scit,hoc penitus censet non suspicari,quod impossibile.

¶ Superius monstrauit/qūo fiat deceptio,quum media sunt diuersa,neq̄ȝ sub seinuicez posita,nunc ostendit/qūo idem accidat,quuȝ media ex eadez coordinatione ꝛ subalterna accipiuntur,puta in exemplo insit a/substantia oi b/corpori,ꝛ b/corpus omni c/animato,ꝛ c/animatum oi d/animali,siquis igitur existimaret a/substantiam inesse omni b/corpori,ꝛ iterum existimaret idem a/inesse nulli

Exēm ex mediis subalternis.

xander volens saluare quo ipsum contingens possit dici contingens ad esse & ad non esse vt supra diximus. Post definitionem contingentis veri ponit Aristo. diuisionez ipsius & modum cõuersionis, diuidit itaq; contingẽs in contingens, qd dicitur sm naturam siue natum, & infinitum, hoc est indeterminatum, & hoc 2m iterum in duo secatur, alterum enim infinitum dicit, qa non magis natus euenire q non euenire, vt aial progredi, alterum vo infinitum, qa a causa per accidens & indeterminata eueniẽs, vt animali pgrediente fieri terremotum. Primo autem contingenti nõ opposuit Aristo. suum oppositũ, quoniaz ex habitu nota est priuatio, contingẽti enim naturali opponit ɔtingens non naturale, & vt illud est in pluribus, ita h in minus. Diuisit autem 2m modum ratione infinitatis, & hoc qd fortuitum est, non est id qd est nõ naturale. sed est rarum ppter fortuitam cõiunctionem hoꝝ effectuũ, q̃uis terremotus non dicatur non naturalis respectu pgressionis, nec ecõtra, sicut hoiem nasci sexdigitũ aut bicipitez respectu hominis perfecti, qui sm naturam talis nascitur. De cõuersione autem cõtingentis inquit, ɔuerti ad oppositas qualitates vtrũq; cõtingens, non tamen eodẽ modo, nam cõtingens vtplurimũ conuertit in non necessariũ hoc modo, cõtingens est hoiez in senectute canescere, non necesse est hoiem in senectute canescere, qd dictum aliqui intellexerũt, q cõtingens vtplm ɔuertat in negatiuam de cõtingenti possibili, hoc est cõi qd se hꝫ vt genus ad contingens ad vtrũlibet & necessarium. Sꝫ isti meo iudicio decipiunt, nam hoc cõtingens nõ reperitur in rerum nã, nec de eo possunt formari ppositiões in aliqua mã, nam ois ppositio vel est necessaria vel de inesse vel vere cõtingens. ¶ Preterea si ɔtingẽti in pluribꝰ opponit cõtingens in paucioribꝰ, si affirma fuerit de ɔtingenti in pluribus, cur non erit negatiua de contingẽti in paucioribꝰ? ¶ Preterea etiaz negatiua in paucioribus cõuertet in affirmatiuã in pluribꝰ, si ɔtingẽs veruz cõuertit in oppositas q̃litates. Aliter g̃ dicemus vt Alexander inqt q Arist. non tm̃ docuit modũ ɔuersiõis affirmatiuarũ in negatiuas in hoc mõ contingẽtis, q s. nõ necesse est hoiem canescere in senectute, lꝫ nõ sit in eodẽ mõ cõtingẽtis, sed in diuerso qd est in paucioribꝰ. Uerũ etiã afferre duplicẽ causam, q̃re contingẽtia vt in pluribus nõ sunt necessaria, vna est ex pte subti, quoniam hõ priusq; ad etatem senectutis perueniat põt mori, q̃uis g̃ sint ɔtingẽtia in pluribꝰ, possunt nõ fieri ex dfectu subiecti. Alia causa est, qꝛ & si perueniat subiũ, põt tñ non habere hõ passionem ex defectu alicuius dispõnis & pncipij requisiti ad eã. Conuertit g̃ cõtingens verũ in cõtingens verũ, q̃uis non in eũdem modũ, cõtingẽs autez in finitũ, hoc est equale cõuertit in contingẽs eq̃le, naz eq̃liter potest hõ ambulare & nõ ambulare. De ɔtigẽti aũt infinito qd est fortuituz nõ tradit modũ cõuersionis, vel qa notus erat ex eo qd dixerat de ɔtingẽte in pluribꝰ, vl ppter causam quã subdit, qa de eo nulla ars consideret. ¶ His hũc in modum circa naturaz cõtingẽtis veri declaratis illud quoq; sciendũ est, q Phs ab hoc loco deincepts in omnibus syllis, siue vniformibus de cõtingenti, siue mistis ex inexistẽti & cõtingẽti, aut ex nec̃io & ɔtingenti, ppõnes ɔtingentes semp assumet de vero ɔtigenti, sed an semp sequat ɔclo de ɔtingẽti in mistis, & si sequitur de ɔtingenti, an semp de vero ɔtingenti, difficilis admodum & inextricabilis ambiguitas est inter Phantes, & varie de hac extiterunt sententie. Primo itaq; quando ɔtingens cũ inexistẽti miscet in pma figura, si maior fuerit ɔtingẽs, siue affirmatiua siue negatiua minor de ineẽ affirmatiua, semp sequitur ɔclo de vero cõtingenti & syllogismi sunt perfecti, quoniam tenent per dictũ de oi qd debetur ppositionibus de contingenti, de quo Phs meminit quãz de vniformibus de ɔtingẽti tractaret. Si vo ecõtra maior sit de inesse affirmatiua, minor quoq; affirmatiua de cõtingẽti in eadẽ figura asserit sequi ɔnem vere cõtingẽtem, sed esse syllm impfectum, quoniã non tenet per dictũ de omni, sed per deductionez ad impoile, si autẽ maior fuerit de ineẽ negatiua cũ minori de ɔtingẽti affirmatiua, nõ seq ɔnez de cõtingẽti determinato, sed de eo qd est nulli ex necessitate, & addit Phs nec̃iam esse vt sumamus maiorẽ de inesse simplr, naz si aliter sumatur, cõclusionẽ sequi, q̃lisq; necessariã affirmatiuam, q̃lisq; negatiuã. ¶ Hec dicta Phi arduas difficultates expositoribus iniecerunt. Jccirco Auer. in hac mã voluit digredi vt mẽtem suaz declararet, & alioꝝ opiniones destrueret. Tres aũt sunt dubitatiões prime que emergũt, pma qd per ineẽ simplr Phs intellexerit. scõa qd p ɔtingẽs qd est nulli ex necessitate. tertia, an hec ɔclo que in syllo negatiuo sequitur possit in affirmatiuo sequi, & in his vsat fere tota hec digressio. ¶ Et sciendum est, q in hac digressione, in translatione quã habuimus, interpte Burana ɔterraneo nostro, sunt quedam verba in principio digressionis, a qbus potest incipe digressio q̃ non hñtur in veteri trãslatione, & sunt vba versantia circa tertiã dubõnez q̃ sic legunt. cap. 13. & nos in margine signauim ibi pn̄m digressionis, admota manu illam indicante. [Atq si falsum fuerit qd dicimus non possibile, & destruat oẽs dispõnes de qbus dĩ possibile &c.] Qm̃ Phs dixerat ex maiori de inesse & minori de cõtingẽti ambabꝰ affirmatiuis seq ɔnẽ de ɔtingenti, & pbauerat h per deductionem ad ipoile ex cõtradictorio cõclusionis cũ minori posita inesse, deducens contradictorium maioris hoc modo, omne b est a in actu, possibile est omne c esse b. ergo possibile est oẽ c esse a. si nõ sequitur hec cõclusio, detur oppositum, nõ possibile est omne c esse a. hec valet istaz, necesse est aliquod c nõ esse a, & hac & minori posita in esse in gnto tertie, seqtur conclusio particularis negatiua nec̃ia q̃ ɔdicit maiori que erat vlis affirmatiua inexns, hoc modo, necesse est aliqd c non esse a, omne c est b. ergo necesse est aliqd b nõ esse a. Propter hoc inquit Auer. si hoc falsum qd dicimus non possibile, destruat omnes modos de qbus dicit possibile quos supra distinxit Aristo. in cap. de cõuersione ppositionuz ɔtingentiũ, seqtur ex h q possibile verum cõclusum per syllm verum pmo factum sit nõ solum verũ & pprius ɔtingens, sed sit ois spẽs ipsius possibilis, cui contradicit nõ possibile vel ipossibile, cui impossibili iteruz non ipossibile cõtradicit per qd signamus ipsum possibile, ita vt iste sylls cõcludat tres cõclusiones, absolutã, necessariã, & possibilem, aut rem procedentem processu generis ad ista tria, & hoc accidit ei, qm̃ non potest procedere nec pbari per dictum de omni. Qr si concedatur, tunc insurgit dubitatio quomodo Aristoteles dixerit ex hac coniugatione sequi conclusionem affirmatiuã de vero & proprio contingenti, vult dicere Auer. si syllogismus iste per dictum de omni teneret, nulla incideret difficultas de modo conclusionis, esset enim manifesta conclusio de vero contingenti, sed quia deducit per deductionem ad impossibile ex contradictorio possibilis, ex quo ergo ex cõtradictorio possibilis quouis modo sumpti, sequitur maioris contradictoꝝ quod est falsum impossibile, falsum autez impossibile non sequitur nisi ex falso impossibili. ergo illud fuit falsum impossibile quod fuit suppositum. ergo cõtradictoriũ verũ, qd est poile, quocũq; mõ sumptũ, erit ergo ɔclo poile de q̃cũq; specie, vel de possibili generico cõi. Si autez ita dicatur

male

male Aristo. dixit sequi cōclusionem de vero cōtingenti, quaꝫ sequat de quacūq; specie ꝯtingētis, hoc idē reperit Auer. infra breuissimis vbis in mō negatiuo. Et hāc cōiugationē affirmatiuā ꝯcludere tres ꝯnes, etiam notauit Auer. in quodā libello in quo ē hūc locuꝫ exponit. Hec dubitatio, q̄uis sub aliis vbis, eadē est cum ea quā dixi tertiā, quā etiā grȩci expositores mouent, an. s. ꝯ quȩ seqtur in syllogismo negatiuo quȩ est nulli ex necessitate, sequatur in syllogismo affirmatiuo, naꝫ illud appellāt multi possibile cōmune siue aīaū. ¶ Huic dubitatiōi Auer. dat manus, et expositores grȩci illam concesserunt, et Albertus inter latinos. Sed ad Aristotelem rñdet Auer. ꝙ sicut diximus propositionem indefinitam, lꝫ indifferens sit ad vniuersalē et particularem ȩquiualere potius particulari, qa vilior, ita Aristoteles dixit sequi conclusionē contingentem veram tāq̄ viliorem inter significata possibilis. ¶ Albertus autem et alij ex latinis dixerunt, Aristotelem ex hoc quod. d. in modo negatiuo dedisse intelligere eandē ꝯclusionē sequi in affirmatiuo. Grȩci autē dicunt ꝙ eadē cōne qua Arist. arguit in negatiuo seq dimidiū ꝯtingētis, pōt astrui ē in affirmatiuo seq dimidium ꝯtigētis absq; aliq̄ hȩsitatiōe, et ad Arist. nihil dicūt, posteris diluēdā hāc difficultatem ꝑtermittētes. ¶ Rñsio Auer. est rhetorica. Albti aūt rñsio facit Aristo. ignarū et desidē. Sꝫ qm̄ solo hui⁹ difficultatis pēdet ex his q̄ dōa sunt, iterū ad illam reuertemur. Prosequtur Auer. in verbis suis declarando qd̄ ꝑcepit ph̄s, sumēdā eē ppōneꝫ de ineē simplr, nam si alr sumeret, peccaret sylls qa cōcluderet de oī et de nullo, vt pꝫ in lra. Et declarat qd̄ intelligendū sit p ppōnē de ineē simplr. et dicit fere eisdē verbis ea quȩ supra dixerat in cap̄. de ꝯuersiōe ppōnū inexistentiuꝫ, ꝙ ppō absoluta vera simplr est illa de q̄ est vera ꝑdicatio vlis absoluta in q̄ sensus testat ꝙ ꝑdicatum inest cuilibet ꝯtēto sub subiecto oī tp̄e aut in plurimo tp̄is, et hȩ sunt ppōnes q̄ īueniunt p iductionē in qua verificāt omnia singularia et differentia inter eas et ppositiōes necessarias est qa itellectus in illis pōt cogitare opp̄m ꝑdicati ineē subiecto, sed nō in necessarijs pp cōpōnē eēntialē ꝑdicati cū subiecto, vt in illa, ois coruus est niger, ois nix est alba, pōt eni itellect⁹ cogitare coruū albuꝫ absq; ꝯdictione. Et subdit ꝙ ex his absolutis simplr fiūt plures syllogismoꝝ in scientijs, quēadmodum etiaꝫ ex cōtingentib⁹ in pluribus. Ex absolutis autē quȩ vere sunt in pauco tēpore nō fiunt syllogismi, quēadmodūꝫ nec ex ꝯtingētib⁹ in paucioribus, vt dicit Arist. et multo magis si tales propositiones de inesse vt nūc misceant cum contingentib⁹. Si autē fuerit maior in hac ꝯiugatiōe inexistēs vt nūc, dicit ꝙ seq̄tur cōclusio necessaria affirmatiua et necīa negatiua, et erit syllogismus nō cōcludens, et subdit causam huius esse, qa quiꝫ maior verificat pro quodā paruo tēpore, vt dicēdo, omne motū est hō, non poterit cōpręhēdere sub se minorē quum sit cōtingēs, qm̄ cōtingens verificatur etiaꝫ in futuro, et nō soluꝫ in illo paruo tēpore p quo verificatur maior, et cōcludit dicēs se arbitrari ħ voluisse Aristotelē quū. d. vlem affirmatiuā accipiēdaꝫ eē de inesse simplr, non aūt pro tēpore determinato, nō aūt voluisse id qd̄ putauit Abumaçar ꝙ hȩc determinatio sit ꝑm dictuꝫ de omni, nā vt dictuꝫ fuit supra in digressione mistiōis de necessario cū inexistēti. Propō absoluta q̄ūtūcūq; fuerit vlis et maior nō pōt in se cōtinere dictū de omni vlr verum in tribus tēporib⁹, nisi in aliqua determinata mā. Et ppter ħ nō ꝯtinet minorē ꝯtingētē q̄ verificat in potētia nō in actu, cōtingens autē ex sigītiōe sibi ꝓpria pōt cōtinere subiecta et in actu et in potētia, et pp ħ potest misceri maior cōtingēs cuꝫ minori, siue necīa, siue inexistens fuerit, et cōcludere per dictū de omni, ꝙ si ita est vt dixit Abumaçar, q̄re ḡ Aristoteles dixit ipsam nō cōcludere per dictū de omni, et quare astruxit ipsam per deductionem ad impossibile, nisi qa non poterat tenere per dictum de omni. Quare etiaꝫ dixit ꝙ concludit aliquādo affirmatiuam, et aliquādo negatiuaꝫ necessariā, et quid voluit per hoc: sequit igit ex hoc vt ista sit alia ab illa quā ostēdit concludere per deductioneꝫ ad impossibile, et si ista etiaꝫ dicat habere hanc cōditionē ꝙ cōcludat per dictū de omni, nō erit hoc nisi in aliqua mā, non in omni. Postea in illa parte, neq; est etiaꝫ pręceptuꝫ. et c. Excludit opinioneꝫ Theophrasti et Themistij de absoluta simplr dicens ꝑceptum quod dat nobis Aristoteles de absoluta simplr non posse intelligi de absoluta quam ipsi finxerunt, quȩ cōpręhēdit possibileꝫ et necessariā, quoniam nulla ppositio inuenit extra intellectum talis, quȩ. s. sit hoc modo idifferēs, et se habeat vt materia substrata necessarię et possibili. Intētio autē Aristotelis fuit enumerare ppositiones, quȩ habēt modos annexos modis entis, et quȩ possunt diuidi diuisiōe reali, ꝑm diuisionem modorum entis, aut primoruꝫ scitorum, hoc est primoꝝ cognitorum, quȩ sunt p̄ma significata ipsaruꝫ ppositionum per se nota. Qꝫ si hȩc sit intentio Aristotelis de his ppositionibus sermoneꝫ facere, quȩ sunt inuentȩ tm̄ in reruꝫ nā, et cognitȩ, nulla est vtilitas in absoluta quam adducit Themistius. Si autē voluit diuidere ppositiones ꝑm diuisionem scitoꝝ primoꝝ quȩ nobis insunt p naturam, erit in absoluta quā tradit Themistius aliqua vtilitas, quoniam multa sunt in quibus scimus ꝑdicatuꝫ inesse subiecto, sed ignoramus an insit cōtingēter vel necessario, et verisimile est et credibile ꝙ Aristoteles per absolutam, vtrāq; intētionem conceperit. s. absolutam ꝑm cognitioneꝫ tm̄, et absolutaꝫ ꝑm rem et cognitionē, et hȩc vltima est illa quā prius definiuimus, nō autē illa quā voluit Alexāder, quā dicit eē veraꝫ in tēpore determinato, quoniaꝫ ex hac ppositione nō fit syllogismus nisi per accidēs, vt in syllogismis ad impossibile ducētibus, in qb⁹ propositio aliqua cōtingēs vertitur in inexistēteꝫ, q̄ erit inexistens vt nūc, sed nō potest admisceri talis ppositio cū minori de cōtingēti de q̄ in pposito itēdimus. ¶ Sꝫ de opiōne Alexādri abūde diximus in q̄stiōe quā supra fecimus in his annotationib⁹ de diuisione ppositionum ab Aristotele tradita. ¶ Circa hoc tamen scire debes ꝙ Auer. iniuste Alexandrum reꝑhendit, quoniam aliter sumit hic ppositioneꝫ de inesse q̄ supra sumpserit, nam supra sumpsit illaꝫ vt distiguit a necessaria et possibili ꝑm nām rei, et fuit illa quȩ ex cōtingēti in actum est deducta. Hic ꝟo per absolutaꝫ quȩ sit vera vniuersalr et nō determinato tēpore, voluit Arist. intelligere ppositionē illam de inesse sub qua sumpta minor de cōtingēti, si in eē ponat et in actu, nō potest illaꝫ reddere falsam et ꝑticularē, et per cōsequēs cōiugationeꝫ inutileꝫ facere in p̄ma figura cōcludenteꝫ omni et nulli ex necessitate, et ħ aperte ex eius scriptis hoc loco colligit. Et hoc arguit Auerro. scripta eius nō vidisse. Dat exēplum Alexāder earuꝫ ppositionum quȩ verȩ sunt in tēpore determinato, qd̄ etiaꝫ ab Aristotele in textu ponit, vt omne motuꝫ est aial, vel oē motuꝫ est hō, et affert causaꝫ huius eē, quoniaꝫ medi⁹ terminus excedit maioreꝫ extremitateꝫ, ita vt in aliqb⁹ insit qbus maior extremitas ineē non potest vniuersalr, ex hoc ppositio inexistens ad tempus determinatur, quum enim minori extremitati cui contingit ineē ip̄m mediū, alteri existenti ab ipsa maiori extremitate et non sub ipsa existenti, medium ipsuꝫ quod illi inerat contingēter, in esse actu positum fuerit, non potest amplius vera esse

vlis,illa inexistens,quę erat maior ꝓpositio.Si eni ani-
mal supponamus omni ei qd̄ mouet̄ inesse, quuꝫ possit
id qd̄ mouetur,etiā nō aialib⁹ inesse,si actu alicui tali in
sit,non erit tūc vera vlis affirmatiua inexistens,illa quę
dicebat,omne qd̄ mouet̄ est aial.Si ita dicamus,oē qd̄
mouetur est aial,cōtingit oēm lapidem moueri, nō eniꝫ
pōt lapis moueri,donec omne qd̄ mouet̄ est animal.Ic-
circo si ponamus lapidem moueri actu,ꝛ sit vera,fit fal-
sa maior,aut si sit vera redditur particularis,ꝛ cōsequen
ter inutilis coniugatio in pͣma figura,ꝛ cōcludēs omni ꝛ
nulli,vt pꝫ in exēplis ab Aristotele in textu positis. Hęc
Alexāder ꝛ lōge plura,ꝛ post multa subdit nō intellige-
re Aristotelē p vlez inexistētē eā quę semper existit.hęc
enim iam est necessaria,sed eā quę potest manere inexi-
stens vlis affirmatiua vera,etiā quādo cōtingēs vlis af-
firmatiua sumpta,cuꝫ ea in inexistētez transmutetur.Et
post multa ponit exemplū accōmodatuꝫ huic acceptio-
ni ꝓpositionis vlis affirmatiuę de inee,in his terminis,
omne grāmaticuꝫ ambulat,cōtingit omnem hoiem esse
grāmaticum.ergo contingit oēm hoiem ambulare. Uel
in his,omne aial vigilat,contingit oē motuꝫ eē aial.ergo
ꝯtingit omne qd̄ mouet̄ vigilare,sed aptius puto pͣmuꝫ
exemplū.Est ergo in hac cōiugatione sumēdum mediū
inferius,hoc est minus cōe maiori,ꝛ mior extremitas ēt
talis vt possit esse sub maiori,si debet sequi cōclusio con
tingēs vlis affirmatiua vera.Hęc in fine hui⁹ digressio-
nis addidimus de mēte Alexādri,vt ostēderemus male
ab Auer.fuisse eius opinionez animaduersaꝫ.Et quoniā
quę hic in fine diximus,de his pertractant quę in pͣma du
bitatione ꝓposuimus.Iccirco ad illā reuertimur,inuesti-
gātes quid per ꝓpōnem de inesse simpl'r Aristo. intelle-
xerit,nam qꝫ Auer.opinionem Theophrasti ꝛ The-
mistij excluserit,tāqꝫ non idonee sint hę ꝓpōnes in hac
coniugatiōe.Uidēdū est an illę quas ipse affert possint
talem cōplicationem cū minori de cōtingenti ꝯstituere.
Hoc enim minime videt̄ fieri posse,posita eniꝫ eiusmo
di ꝓpositione de inesse,cuius subiectum substātiale est,ꝛ
pͣdicatum ei ꝓprium accidētale,nō potest sub ea mior su-
mi quę vere cōtingens sit.Oēs eniꝫ tales ꝓpōnes in qb⁹
pͣdicatū subale est ꝛ subtuꝫ accitale sumptę cū vbo con
tingit,falsę sunt,quoniā earū ꝯdictorię sunt verę,vt pꝫ p
singulas inductiue discurrēdo,vt si dixero,ꝯtingit oē al-
bum vel motū esse aial vel hoiem.Nam aliqd̄ albuꝫ de
necessitate nō est aial,vt nix vel cerusa,ꝛ aliquod motuꝫ
de necessitate nō est homo,vt corpus cęleste,siue sumat̄
subtum p suba tm̄,siue pro cōgregato ex dispōne ꝛ sub-
stātia,ꝛ si pro dispōne tm̄,falsissimę erunt omnes,vt vel
ceco etiaꝫ patere pōt.Sūptis autē terminis vtrisqꝫ sub-
stātialibus,ꝓpositio cōtingēs fieri nullo mō pōt.¶ Ab
hac etiā Auer.opīone nō multū Albertus discrepat,qui
dicit ꝓpositionem de inesse simpl'r illam esse,quę ex cō-
tingēti nato in actū est translata. Hoc quoqꝫ dictū eisdeꝫ
argumētis refelli potest.Unde meo iudicio pͣferēda est
Alexādri opinio.Ipse nāqꝫ melius ꝛ facili⁹ has omnes
diffi^{co}cultat,ꝛ dicta Aristotelis rectius exponit.¶ Sed
tamē nec etiā ista opinio videt̄ ꝓposito satisfacere,habꝫ
eniꝫ validam cōtra se instātiaꝫ. Nā etiam si sumat̄ talis
ꝓpositio de inesse sub qua sumpta mior si in actuꝫ trans-
mutet̄,nō repugnet illi nec faciat eā particularem,nihil
tamē ꝓhibet hāc ꝓpositionem eē inexistentē vt nūc,hę
autē ꝓpositiones nō sunt vtiles in sciētijs, quēadmodū
nec ꝓpositiones de cōtingenti in pluribus. Pꝫ qd̄ di-
citur in exēplo superius posito,omne grāmaticū moue-
tur,cōtingit oēm hoiem esse grāmaticuꝫ,ergo contingit
oēm hoiem moueri.¶ Ad hanc rīdetur ꝙ eiusmodi ꝓ-
positio,qualis fm̄ se cōsiderata sit de inesse vt nunc,tamē
comparata ad contingētem sub ea sumptaꝫ,est de inesse
simpliciter,quum per illā nūqꝫ possit reddi particularis
aut falsa.Et dicitur etiaꝫ ꝙ duꝫ seruetur illi cōditio quę
dicta est,poterit etiam ꝓpositio vera vl'r sumi ꝛ absolu-
te,non tamen ita vt sit necessaria,sed de inesse tm̄,ꝛ tales
ꝓpositiōes possunt sciētijs accōmodari.¶ Sed peteret
aliquis,an sit aliquod p Auer,subterfugiuꝫ.Omnes hic
Auerro.deserunt.Credo tamen pro eo dici posse,ꝙ pro-
positio necessaria ꝛ inuenta,siue absoluta debēt habere
subiectum substātiale,ꝛ necessario necessariū nisi sit per
accidens necessaria,quę etiaꝫ potest dici inuenta de illis
quas supra diximus. Nō possunt autem habere subiectum
potētiale.Et huius ꝯtrariū est in ꝓpositione possibili ꝙ
subiectum pōt esse potētiale,lꝫ pͣdicatuꝫ sit substantiale,
modo illud pͣdicatuꝫ nō insit necessario subiecto simpli-
ci,qd̄ est subiectum dispōnis per quaꝫ reddit̄ potētiale,
vt si dicerem,omne ambulās est aial,hoc pͣdicatuꝫ,aial,
necessario inest subiecto ambulationis,quoniā nihil pōt
ambulare nisi sit animal,lꝫ ambulatio illi cōtingēter in-
sit,si autem dicerem,cōtingit omne ambulās esse coruū,
pͣdicatum hoc nō inest necessario subiecto ambulatiōis,
potest eniꝫ ꝛ coruus ꝛ aliud a coruo ambulare. Pꝫ ergo
sub ꝓpositionibus de inesse simpl'r posse sumi minores
de cōtingenti habētes pͣdicatuꝫ substātiale,quuꝫ habue-
rint subiectum cōtingens,hoc est congregatum ex subto
ꝛ dispositione illi accidētaliter inhęrente,quum ergo dā
harum cōtingentium cōtradictorias esse veras,dicit̄ il-
lud fortasse verum esse,si sumatur subiectuꝫ subale sim-
plex,vt in exemplo dato,necesse est aliqd̄ album non eē
animal,puta cerusaꝫ,sed ratione albedinis,quę illi ꝯtin-
genter inest,efficit̄ vt ꝛ hoc pͣdicatuꝫ qd̄ est animal,pos-
sit contingēter esse illud subiectuꝫ cui cōtingēter inest al
bedo,secus esset si illa dispositio illi subto eēt essentialis.
Sūt enim istę ꝓpositiones cōtingentes ratione tot⁹ ag-
gregati contingentis.Et ex hoc patet respōsio ad aliud,
patet eniꝫ ꝙ non sunt falsę si sumātur pro aggregato ꝛc.
Fortasse autem non perperam dixisset Auerro.eas pro-
positiones de inesse simpliciter huic mistioni ꝯferre,quas
supra dixit mistioni de necessario ꝛ inexistenti vtiles eē,
quę sunt per accidens necessarię.De quibus abūde dixi-
mus.¶ Ex dictis ergo manifestuꝫ est quid per proposi-
tionem de ineē simpl'r in hac mistione sit intelligēdum.
¶ Nō abre aūt fuerit,dubitationem quandaꝫ soluere,quę
nō est ab hoc ꝓposito aliena,vt pͣstemus qd̄ polliciti su-
mus,in quodam excerpto dubio,in charta.62.col.2ᵃ de
concretis,qd̄ mouetur a Philopono,de quodam pͣcepto
Phi,quo docet mutanda eē abstracta nomina in cōcre-
ta,quibus non mutatis fit fallacia in syllogismo,vt si di-
camus,ꝯtingit nulli b,inesse a,hoc est,nulli morbo ineē
sanitatem,omni homini inest morbus.ergo cōtingit,nul
li homini ineē sanitatem,ꝯsequēs tamē falsum est.Inqt
Phs clām eē,qꝛ termini nō recte exponunt̄.Sic enim
opꝫ dicere,ꝯtingit nullā ęgrotās eē sanū,ois hō est ęgro-
tās.ergo ꝯtigit nullū hoieꝫ eē sanū.Sꝫ inqt Io.grāmaticus
ꝙ ēt hoc mō non videt̄ sequi ꝯ,nam subtū in maiori vel
sumitur pro subto stante sub actuali dispōne,ꝛ ita maior
est falsa,qꝛ de nēcitate nullus ęgrotās qͣten⁹ ęgrotās est
sanū.¶ Et h ēt ꝯfirmat Albtus in eo loco,si aūt p subto
tm̄,mior nō ꝯstabit,qꝛ in ea pͣdicatur affectio de hoīe,ꝛ
sic variabit̄ mediū.¶ Ad hāc dubitationē,lōgā ꝛ moro-
saꝫ solonē dat idē Philoponus,sꝫ nos breuē ꝛ optaꝫ da
mus,ꝙ maior rōne vbi ꝯtigit nō sumit̄ cū illa redupli-
catiōe addita subto,sic eni ē nēcia ꝛ nō ꝯtigēs.Et sic fort-
te intellexit Albt⁹,quā eni subꝫ sit terminus ꝯcret⁹ duo in
se continens

se cōtinens subtum ⁊ dispōnē/ꝑdicatā huic attribui pōt ꝯiūctim ⁊ diuisim, si ꝯiunctim attribuatur sic est ꝓpō vera, est eni sensus ꝙ ei subto qḋ nūc subycit̄/ęgritudini cōtingit nō ineē sanitatē, nā ⁊ sanitas ⁊ ęgritudo illi ꝯtingēter inest. Et h̄ mō sumpta est affirmatiua quo ad modū, lȝ sit negatiua de dicto, ⁊ est vera sicut ⁊ hęc/cōtingit oē ęgrotans eē sanū, sed diuisim, qm̄ cōtingens pōt mutari in oppositaȝ qualitatē. Si aūt sit negatiua de mō erit necessaria, qm̄ negatio ꝯtingētis nec̄itatē inducit, signt enim ꝙ impoe est aliqḋ ęgrotās eē sanū. Et tūc sumit̄ subiectū cū reduplicatione, ⁊ h̄ petebat argm̄, sed nō sumit̄ h̄ modo, sed de ꝯtigēti vero. Tūc eni est syllꝰ pcedens ex maiori de ꝯtingēti negatiua/⁊ miori de ineē affirmatiua cōcludēs negatiuā de ꝯtingenti, ⁊ optime ꝯcludit, vt patet.

¶ Ad 2am autē ⁊ 3am dubitationē, qm̄ optime ⁊ exactissime interpres noster Burana satisfacit nō alr respōdebimus, sed ne eadē inutilr repetamus/supersedebimus, nō ꝑtermittemus tn̄ dubitationē quādam quę nobis videt̄ difficilis ex lra Arist. nā postq̄ dixit ꝯcludi ꝯnē de ꝯtingēti nō dterminato, sȝ de eo qḋ est nulli ex nec̄itate, ꝓbat ex terminis ꝙ nō sequit̄ ꝯ cōtingēs, ⁊ adducit hos terminos/coruus/discurrēs/hō, ⁊ sic format syllꝫ, nullū discurrens est coruus, contingit oēm hoiem eē discurrentem. g̃ necesse est nullū hoiem esse coruum. Inqt enim, sed a/ex necessitate nulli c, ⁊ subdit. Patet g̃ ꝙ nō est ꝯ cōtingēs, sed neq̧ nec̄ia semꝑ. Hęc v̄ba difficultatē fecerūt expositoribus. Videt̄ eni velle ꝙ ex hac syllādi forma seq̄tur ꝯ qn̄q̧ nec̄ia, qn̄q̧ nō nec̄ia, sed ꝯtingēs negatiua, nō ergo sequtur ꝯclo quę est nulli ex necessitate, q̄ dr̄ eē dimidiū ꝯtingētis, vt greci expositores dixerūt. Maxia eniȝ est differētia inter h̄ qḋ dicimus/nulli ex nec̄itate, ⁊ h̄ necesse nulli, nā in ꝑma, vt Alexāder inqt/nō negat̄ inhęrentia, sed modus inhęrētię. Dicimus eni inesse, sȝ nō necessario inesse, sed in 2a negat̄ inhęrētia, cū mō necessitatis. Et aūt hoc ita sit, ⁊ ꝙ sequat̄ ꝯclo ꝯtingēs qn̄q̧, ꝓbat ex terminis Phs dicēs, nullū sciens mouet̄, ꝯtingit oēȝ hoīnes scire. ergo nō erit ꝯ necessaria, nō enim necesse est nullū hoieȝ moueri, sed nō necesse est aliquē. Ex his duo declarat Phs. ꝑm quę sit differētia īter nec̄e nulli ⁊ nulli necesse. 2m qd significet hęc/nulli necesse, signt eni ideȝ ꝙ ista/nō necesse est aliqueȝ.

¶ Ex his vr̄ hīc Phs ꝙ seqt̄ ꝯclo qn̄q̧ nec̄ia, qn̄q̧ ꝯtingēs ambę negatiuę. Ex q̄ vlterius sequtur si ex h̄ mō syllogiçandi dȝ sequi ꝯ de posi, ꝙ illud poe sit poe cōe necessario ⁊ ꝯtingēti vero/qḋ oēs latini voluerūt, ⁊ forte ēt Auer. nō discrepat, vt supra diximus.

¶ Alia dubitatio est quō veruȝ sit nō ꝯcludi cōtingēs iā determiatū. Supponit eni oppm̄ huiꝰ, qḋ est/nō cōtingit nulli, ⁊ h̄ dicit ęquiualere huic qḋ est/necesse alicui. Et ex h̄ cōcludit impoe, ex quo arguit ꝙ ꝯ ꝑmi sylli dȝ eē ꝯdictoriū huiꝰ qḋ est nō nec̄e alicui, vel nulli ex necessitate/qḋ idē est. Aut g̃ recte sumpsit oppositū ꝯtigentis aut nō recte, si non recte/ruit tota demonstratio, si recte, ⁊ ad illḋ sequtur impoe. g̃ dȝ in ꝑmo syllogismo ꝯcludi cōclusio de vero ꝯtigēti, ex quo in 2o per ipoe ex opposito vero veri ꝯtingētis sequutū est impoe. Iteȝ, h̄ arguit̄ ex alio, nā si ista/necesse alicui sumit̄ vt ęqualēs illi/nō contingit nulli. ergo eius opposita quę est/nulli necesse, ęquiualebit illi/ꝯtingit nulli. si g̃ cōcludit̄ ista/nulli nec̄e, concludet̄ ⁊ illa quę dicit/ꝯtīgit nulli, ꝯcludet̄ g̃ ꝯtingēs ſm determinationē.

¶ Ad ꝑmā hoꝝ dubitationū dr̄ ſm lectionē Alexādri, ꝙ qm̄ vellet Arist. ostēdere nō cōcludi conclusionem vere cōtingentē, sed eā quę est/nulli ex necessitate/inuenit terminos ꝯcludentes necesse nulli, quā tn̄ intentio sua esset cōcludere nulli necesse, nā quantum differāt istę iam superius diximus, ⁊ hoc euenit ob id ꝙ non sumpserat maiorem de ineē simplr sed nec̄iam. Ex qua nō fuit mirū sequutā fuisse cōclusionē necessariā negatiuaȝ. Vn̄ hoc animaduertens Phs fecit aliā demōstrationē ex qua sequuta est alia cōclusio quę est/nulli necesse, ⁊ hęc est de ꝯtigēti dimidio, ⁊ admonuit nos vt diligētius sumeremus terminos, qm̄ gratia materię varietis terminis, ⁊ nō recte sumpta ꝓpōne de ineē, ꝯtigit nos aliquādo nec̄iaȝ negatiuam, aliquādo ꝯtingētē negatiuā quę est nulli necesse/cōcludere. nulla g̃ cōclusio formalr sequtur ex tali forma syllogistica nisi ista, nulli ex necessitate, vt negatio illa negat modū inhęrētię, nō aūt inhęrētiam, qm̄ hęc est quę demrat̄ sequi ꝑ deductionē ad impossibile/sumpto ꝯdictorio huius/ꝯtingit nulli, h̄ est/nō ꝯtingit nulli, qḋ positū est ęqualere illi, nec̄e alicui, qua existe ipossibili/ꝯcludit̄ verū esse eius ꝯdictoriū, qḋ est nulli necesse, vt sępiꝰ dictū est. Latini autēȝ expositores ꝑ dicta Phi sumpserunt vt iacēt, dixerūt ex hac forma seq ꝯclusionē de possibili generico siue cōi, qm̄ sequtur qn̄q̧ necessaria negatiua, qn̄q̧ ꝯtigēs negatiua.

¶ Ad 2am dr̄ etiā ex intētiōe Alexandri ⁊ Io. grāmatici. ꝙ si ꝓpō illa/cōtigit nulli/sumat̄ ꝑ se ⁊ seorsuȝ nō vt ꝯmutabilis in affirmatiuaȝ/illi solū opponitur illa/necesse alicui, qm̄ illa est vlis negatiua de cōtingenti, hęc v̄o ꝑticularis affirmatiua de necessario, ⁊ h̄ mō etiā illa/nō cōtigit nulli, ęqualebit illi/necesse alicui, sed qa ꝯtingēs negatiua potest in affirmatiuā mutari hinc est ꝙ ꝑ accñs ei opponit̄ alia particularis de necessario negatiua, quę ꝑ se ⁊ directe opponitur vli affirmatiuę de ꝯtigēti. Phs ergo nō sumpsit illaȝ/necesse alicui/vt ꝓprie ęquiualētē illi/nō ꝯtingit nulli, sȝ vt simul verificabilē, ⁊ qm̄ ex ꝑticulari affirmatiua de necessario seq̄bat̄ impoe. s. ꝯdictoriū maioris in ꝑ syllo, sic faciendo syllm̄ in figa 3a, nec̄e est aliqḋ c/eē a, oē c/est b. g̃ aliquod b/est a. Hęc cōtradicit illi quę dicebat, nullum b/est a/quę erat maior ꝑmi sylli in ꝑma figura. Ex ꝑticulari aūt negatiua de necessario nō seq̄bat̄ aliqḋ impoe/et qm̄ seq̄bat̄ aliqḋ b/non esse a/qḋ nō ꝯdicit illi, quum sit vlis negatiua de inesse. Ideo dixit Phs ꝯcludi solum ꝯdictoriū particularis affirmatiuę de nec̄io, qḋ ē/nulli necesse, ⁊ ideo dimidiū cōtingētis, ſm illam parteȝ tn̄ qua opponit̄ particulari affirmatiuę de nec̄io, nō aūt negatiuę. Hoc aūt fundamēto negato nō ꝓcedit rō, nec quātuȝ ad primā, nec quātū ad secūdaȝ deductionē. Et qui dr̄, si nō sumpsit oppm̄ cōtingētis/recte ruit tota demratio, dico ꝙ sumpsit oppm̄ ꝑ se ⁊ directū, ex quo sequit̄ impoe, nec pōtuit sumere aliḋ, ex quo nō seq̄bat̄ ipoe. Et iḋ hīc dixit nō sequi ꝯclonē de vero ꝯtingēti, qḋ supra fuit determinatū, qḋ s. cōuertit̄ ad oppositas q̄litates. Verūtā ⁊ illud est, ꝙ ista ꝓpō/nulli c/ex nec̄itate inest a/pōt esse vera, siue ipm̄ a/insit oi c/non nec̄io tn̄, siue etiā alicui ex necessitate nō insit, nā qḋ ex necessitate alicui nō inest, veꝝ est etiaȝ dicere nō ineē illi nec̄io, vt verū est terraȝ ex necessitate nō moueri, veꝝ quoq̧ est illam nō ex necessitate moueri, motus enim illi non necessario inest, ⁊ hęc ꝑ istorum declaratione sufficiant. Reliqua autēȝ quę nos omisimus videantur ab interꝑte nostro.


¶ Expō ordinis ⁊ cōsequentię ꝓpōnū simpliciū ⁊ trāspositarum/de quibus pertractat Phs in vltimo cap. primi prioꝝ. ⁊ in libro de interꝑtatiōe recolit se in resolutorijs dixisse, in qua etiam non inutilis q̄stio inserfertur, an nomen infinitum de non ente prędicetur.

Quoniam Arist. capite vltimo primi prioꝝ, pertractat de ordie ⁊ cōsequētia quā hnt adinuicē ꝓpōnes simplices ⁊ priuatorię ⁊ illę quas gręci transpositas vocāt/de quibus ꝑus in libro de interꝑ.

tatione dixerat se in resolutorijs meminisse. Iccirco nos
expositionem hec omnia adamussim declarantem, quã
in illo libro fecimus, nõ inutiliter putauimus huic loco
annectẽdam, cui ⁊ questiones addidimus de nomine in-
finito, an predicetur de non ente, quas etiam contra mul
torum opiniones, iuxta peripateticorum eruditissimos de-
terminauimus. Et incipit expositio ab illo textu. [Quã-
do autem verbum est tertium adiacẽs predicatur dupli
citer dicũtur oppositiones, ⁊ reliqua.] Et sequitur in hac
serie. Postq̃ pertractauit Aristoteles de ꝓpositionibus ex
subiecto tm̃, ⁊ ꝑdicato constitutis, variato etiam subiecto
per finitũ ⁊ infinitũ ꝑdicato eodẽ manente, quũ ꝑ finitũ
⁊ infinitũ variari nõ possit, quum dixerit, erit oĩs affirma
tio ⁊ negatio ex noĩe ⁊ verbo, vel ex ĩfinito noĩe ⁊ ṽbo. ⁊
subdiderit etiã ꝑter ṽbum nullam posse eẽ affirmationẽ
vel negationẽ, de noĩe nihil dicẽs, eo q etiã ꝑter nomẽ,
possit aliqua eẽ affirmatio ⁊ negatio. Nũc intendit ſmo-
nem facere de ꝓpõnibus illis, que sunt ex subo ⁊ ꝑdica-
to cõposite ⁊ tertio adꝑdicato. i. verbo est, qđ tertio loco
positũ etiam ꝑdicaṫ. Ex quo pꝫ, verbũ est oĩno eẽ ꝑdica-
tum vel partẽ ꝑdicati, vt diximus cap. de ṽbo. Appella-
uit aũt ṽbũ, est, tertiũ adꝑdicatum, nõ q2 sit tertiũ ꝑdica-
tũ, sed q2 tertio loco positũ ꝑdicaṫ, ⁊ nõ solum, sed vt al-
teri appositũ. Ut aũt facilius intelligi possint que a ꝑho di-
cunṫ in vtroq3 libro, vidẽdũ ꝑ est ex mẽte Ammonij in li
bro de interꝑtatiõe, quõ in istis ꝓpõnibus fiãt negatiões.
Qꝫ igiṫ negatiua ꝑticula subto apposita non faciat nega-
tionẽ clarũ est, quũ ẽt in ꝓpõnibus de 2° adiacẽte, vt supra
dictũ est, negatio addita subto nõ faciat ꝓpõnẽ negatiuã,
quũ igiṫ alie due in ꝓpõnibus de 3° sint ꝑticule post ipm
subtũ, est questio, cui ipsarũ apposita negatio faciat nega
tiuã. Est aũt manifestũ q ꝑdicato apposita negatio non
facit negatiuã. Si enĩ dixero, hõ nõ iustus est, hic non iu
stũ affirmaṫ de hoĩe, necesse est igitur negationẽ appont
ṽbo est, ⁊ nõ inmerito, nã in ꝓpõnibus de 3° ꝑdicatum subto
appositũ sine ṽbo est, nõ facit ꝓpõnẽ affirmatiuã nec ne
gatiuã, nec signt verũ nec falsum, nisi ei addaṫ verbũ est,
quo mediãte integra ꝑficiṫ ꝓpõ. Si igiṫ ꝑ verbũ est, ad-
ditũ ꝑdicato ꝑfecta fit affirmatio, ⁊ est id ꝑ qđ ꝑncipalis
ꝓpõ ꝯstituiṫ, necesse est huic negationẽ apponi, vt qđ af
firmatio affirmauit, neget oĩno negatio. ¶ His declaratis
vt appeat nũs ꝓpõnũ oppositarũ quẽ asserit Arist. dica
mus ex intẽtiõe ipsius, q quũ ex ꝓpositis nobis ꝓpõnibus
due fiãt oppõnes indefinite, alterã qdẽ simplicẽ vocat,
que hꝫ ꝑdicatũ terminatũ sb ipso tm̃, altera q̃ dõa est, sim-
plicior extis, alterã ṽo ĩfinitã, q2 ĩfinitũ est, qđ in ipa ꝑdi
caṫ. Theophrastus ṽo eã ex trãspõne vocat, qm̃ vt infra
videbiṫ, trãsposito mõ ad simplicẽ se hꝫ in ꝯsitis ⁊ ordi-
ne. Erũt ĝ due oppõnes, facta variatiõe ex parte ꝑdicati
tm̃, ꝑ finitũ ⁊ infinitũ, ⁊ q̃tuor ꝓpõnes, due simplices, est
hõ iustus, huius negatio, nõ ẽ hõ iustus, due ĩfinite siue trãs
posite, est hõ nõ iustus. huius negatio, nõ est hõ nõ iustus.
Est ergo itẽtio Arist. querere, ad affirmationẽ simplicẽ,
quenã reliquarũ sequatur, idest simul verificeṫ, vt de q̃
bus affirmatio simplex verificeṫ, ⁊ que ad illam sequi di-
citur, oĩno vera eẽ comꝑhendaṫ, sic enim ⁊ ad hoĩem se-
qui animal dicimus, qm̃ de q̃bus hõ verificaṫ, de eisdem
quoq3 animal verum esse inuenitur. Quum igiṫ ad simpli-
cem affirmationẽ, eius negatio sequi non possit, quũ sint
ei opposita, nec ẽt affirmatio infinita siue trãsposita, qm̃
oppositum ꝑdicatũ de eodem subiecto affirmãt, vt patet
dicẽdo, est hõ iustus, est hõ non iustus. Relinquitur q ve-
rificeṫ negatio infinita seu trãsposita, hec enim reliq̃ est
de quatuor. Ad hanc igiṫ, est hõ iustus, sequitur ista, nõ est
homo nõ iustus. Si igiṫ de Socra. ṽificaṫ q sit iustus,

verificabitur quoq3 q nõ sit non iustus, quũ non iustum
ab eo remoueatur, ob id q iustum affirmaṫ. Eodẽ quoq3
modo est questio ad affirmatiuã infinitam siue trãsposi
tam, quenam aliarũ sequatur, ⁊ inueniṫ eadem rõne ex
ipsa sequi negatiua simplex. Merito ĝ he trãsposite ap-
pellantur, quum opposito modo se cũ simplicibus conse-
quãtur, vt patuit. Si ĝ ita eas in figura disponamus, vt
affirmatiue simplici suã simplicem negatiuã ex opposito
directe opponamus, nõ autẽ diametraliter, tũc sub affir
matiua simplici eius cõsequẽtem negatiuam transpositam,
siue infinitam ponemus, ⁊ sub simplici negatiua affirma
tiuã trãspositã, vt opposito modo descẽdẽdo ex affirma
tiua simplici, sequaṫ negatiua trãsposita, ⁊ ascẽdendo ex
affirmatiua transposita negatiua simplex. ¶ Sꝫ est du-
bium, an sicut de q̃bus est vera affirmatiua simplex, vera
etiã est negatiua transposita, ita ecõtra. Rñdetur q nõ,
prenotando hoc q de oĩbus his ꝓpositio vera est, de q̃
bus totum id qđ in ꝓpositione poniṫ verificaṫ, est igitur
verũ de cane nõ esse hoĩem, nõ esse iustũ. erit ergo ⁊ hoc
totũ verũ, non eẽ hoĩem non iustum, nam si homo nõ est,
verũ quoq3 erit nõ esse hoĩem nõ iustum, ex quo pꝫ q de
cane nõ potest eẽ affirmatio simplex vera. De pluribus ĝ
verificaṫ negatiua transposita, q̃3 affirmatiua simplex, ⁊
quum de oĩbus sit, vel affirmatio, vel negatio vera, tam
simplex q̃3 trãsposita, si de pluribus verificaṫ negatiua
trãsposita, q̃3 affirmatiua simplex, sequiṫ q eius affirma
tiua de paucioribus verificeṫ, ⁊ per oppositũ etiam nega-
tiua simplex de pluribus. i. de oĩbus illis de q̃bus nõ ve-
rificaṫ affirmatiua simplex, negatiua itaq3 transposita in
plus est affirmatiua simplici, ⁊ negatiua simplex in plus
affirmatiua trãsposita. Et quum id qđ in plus est, sequaṫ
ad id qđ est in minus, ob id ex affirmatiua simplici, seq̃-
tur negatiua trãsposita, ⁊ ecõtra ex affirmatiua trãsposi-
ta que in minus est, negatiua simplex que in plus est. Qꝫ
autem ⁊ negatiua simplex sit in plus affirmatiua transpo
sita ex dictis ⁊ ex dicto exẽplo, satis patet. nã de cane di-
citur q nõ sit hõ iustus, nõ tamẽ diciṫ q sit hõ nõ iustus.
¶ Sciendũ est aũt q hic indefinitas vt oppositas sumi-
mus, vt. s. ꝑdicatũ de subto affirmaṫ vt est, ⁊ negatur, vel
ſm intellectum sumiṫ. Quum enĩ eas rõne aliquarũ subie
cti partiũ verificabiles sumimus, tũc eas vt particulares
capimus, ⁊ que simul vere esse possint. Sed qm̃ ⁊ alias
duas in diagrãmate, hoc est figura, ꝓpõnes Aristo. ordi
nat, medias inter simplices ⁊ trãspositas, quas appellat
priuatorias, eo q priuationẽ aliquã forme alicuius signifi
cẽt, que ab ĩfinitis siue trãspositis differũt, q2 in illis ab-
sentia forme, ꝑ particulã, nõ appositã nomini, vt non iu-
stum, ⁊ significat negationẽ forme tm̃, que de pluribus ve-
rificatur q̃3 priuatio, significaṫ autem priuatio ꝑ particu-
lam, in, appositam nomini forme, que priuatio nõ põt cõ
petere nisi subto, cui ⁊ forma competit, quũ priuatiue op
posita circa idẽ subiectũ habeãt fieri. Intelligimus autẽ
per priuationẽ nõ solum absentiam forme, sed etiã formã
oppositã. hoc est cõtrariũ imꝑfectiue, qđ nomine priua-
tiuo intelligiṫ. Iniustitia itaq3 nõ potest nisi de hoĩe cru
deli dici, de quo ⁊ non iustũ, non iustum aũt etiã de his q̃
oĩno homines nõ sunt, quãtum ad negatiuã, quãtũ aũt ad
affirmatiuam, ⁊ de his qui iniusti sunt, ⁊ de his qui medio
modo se habẽt, de q̃bus tamẽ affirmatiua priuatiua dici
non põt. Ex his oportet videre, quõ ⁊ iste se habeãt cum
simplicibus ⁊ trãspositis, quo ad ordinẽ ⁊ cõsequẽtiam,
⁊ significationẽ. Manifestũ quippe est q harũ affirma
tio nõ sequitur ad affirmationẽ simplicem, quũ ꝑdicata
opposita de eodẽ subiecto affirmentur, vt est hõ iustus,
est hõ iniustus, sed negatio que dicit ipm nõ eẽ iniustum,

sub affirmatiua ergo simplici, hec negatiua priuatiua i/mediate collocabit, et opposito modo sub negatiua sim/plici affirmatiua priuatiua. Et eodē mō dicēdum est, ne/gatiuā priuatiuā in plus esse affirmatiua simplici, nā nō esse hoīem iniustum verificatur de puero, et de habētibus ha/bitum mediū, de qbus non verificat̄ esse hoīem iustum. Similiter negatiua simplex in plus est affirmatiua priua/tiua, hec enim de solis crudelibus verificat̄. Illa vero et de his et de pueris et habētibus habitum medium, et de aliis etiam ab homine. Ad affirmatiuā ergo simplicem seque/tur negatiua ꝑuatiua, et ad affirmatiuā priuatiuā sequit̄ negatiua simplex, semper enim ad id qd̄ in minus est, se/quit̄ id qd̄ in plus est, vt ad hoīem animal, ex quo pꝫ ꝙ eodē ꝑcise modo, se habēt hę ad simplices quo et trāspo/sitę. Patet etiā vnum aliud, de quo infra, contra multos recentiorum, qui ad grecorum et Boetij, et beati Thome ex/positionē nō aīaduertētes, dicūt ideo ex negatiua trāspo/sita aut priuatiua nō sequi simplicem affirmatiuā, qa ne/gatiua verificat̄ de non entibus, de qb' affirmatiua sim/plex verificari nō potest, nō est enim illa causa, sed qa in plus, nam eodē modo ex negatiua simplici nō sequeret̄ affirmatiua trāsposita, qd̄ etiam ipsi asserūt esse de men/te Aristotelis. Cuius tamē oppositū nos luce clarius de/clarabimus, quū teneamus nomē infinitum posse de nō ente ꝑdicari, sed causa est equalis in oībus, quā diximus. Superest mō vt videamus, quō hę oēs eodē mō se ha/beant ad simplices, an etiā priuatiuę eodē modo se ha/beāt ad trāspositas, vt simplices ad illas se habēt, qđ est verū sicut affirmatiua simplex in min' est negatiua trāsposita, ita et negatiua ꝑuatiua in minus sit negatiua trāsposita, quā imediate sub simplici sit collocata, et eodem modo, verum quā negatiua simplex in plus sit affirma/tiua trāsposita, ita etiam affirmatiua priuatiua, quę ime/diate sub illa est collocata, in plus sit eadē trāsposita, ita enim quasi videret̄ cōueniens, vt fieret gradualiter ascē/sus vel descensus, et dicitur eas non ita se habere, sꝫ oppo/sito modo, nam negatiua priuatiua in plus est negatiua transposita, et affirmatiua priuatiua in minus affirmati/ua transposita. Nam de pluribus verificatur hęc, nō est homo iniustus, q̄ʒ illa, nō est homo non iustus, nā de pue/ro illa verificatur, de quo nō verificatur trāsposita, lꝫ vi/deatur Auer. oppositum dicere. Ipse enim strictius acci/pit transpositas q̄ʒ nos accipiamus, vt equales ꝑuatiuis, vt pꝫ quum exponit quid significet affirmatiua transpo/sita, vult enim ipsam significare priuationē iustitię cū op/posito, ita vt verificetur solum de crudeli. Nos aūt ipsas etiam de puero veram esse dicimus, ex quo etiā pꝫ 2m, scilicet ꝙ affirmatiua ꝑuatiua, in minus est affirmatiua trāsposita, quum hęc de puero verificetur, de quo priua/tiua non pōt verificari. Patet igitur ipsas priuatiuas op/posito mō se habere ad transpositas, ab eo ꝙ simplices se habent ad illas. Disponetur ergo hoc modo figura ad clariorem intelligentiam eorum quę dicta sunt, et eorū quę ab Aristotele dicuntur.



His hunc in modum declaratis reliquum est vt literā Aristotelis aggrediamur, et oīa quę dicta sūt ad ꝓpositum deducamus, nihil a nobis frustra fuisse cōtextū declarā/tes. Quādo autem est tertiū adiacens pędicat̄, dupliciter dicūtur oppōnes, diximus quō est tertium adiacens prędicatur, diximus etiā duas oppōnes, non cōnumera/tis priuatiuis, vt ex figura patet. Postea exponit quō est tertium adpędicat̄, qd̄ appellat nomē vel verbū, verbum quidē vt tēpus cōsignificans, nomē autē intelligēdo vo/ces omnes significatiuas ad placitum. Quum autem duę essent oppōnes hoc nō probauit tāq̄ʒ existēs manifestū, sed intulit qdām cōsequens, ex quo duę sunt oppōnes, quatuor erūt ꝓpositiones oppositę, et exponit illas, dum inquit. Dico aūt quoniā est iusto adiacebit aut nō iusto, et erunt duę affirmationes, qa et negationes his oppositę duę erūt, nā cuilibet affirmatiōi est assignare oppositam negationem, erūt ḡ q̄tuor. Hęc aūt oīa ex supiorib' clara sunt, sed interponit hęc verba, quęrū duę ad affirmationē et negationē se habēt, ſm cōsequētiā vt priuationes, duę vero minime, quę tanta breuitate et obscuritate dicta sunt, vt in varias exponēdi sentētias expositores extorserint, et qa aliorū expōnes a Boetio videri possunt, nos ex ver/bis Ammonij his quę dicta sunt cōsentaneam expōnem adducam, quę etiā ex eisdē satis est manifesta. Dico ꝙ Phs per hęc verba inuit ꝯsequētiam ꝓpōnum quā supe/rius declarauimus, intelligens per affirmationē et nega/tionem, simplices duas, quę veluti radices sunt et exem/plaria oīum affirmatiuarū et negatiuarū, sunt eni simpli/citer tales, alię vero cū additione, vt priuatiue vel trāspo/sitę, per duas autē ꝑmo loco dictas intelligit trāspositas, scꝫ affirmatiuā et negatiuā, duę igit̄ hę transpositę, ad af/firmatiuā et negatiuā simplicē, ita se habēt vt priuatiuę. Idest quēadmodum ex affirmatiua simplici seqtur nega/tiua ꝑuatiua, ita et negatiua trāsposita, et sicut ex affirma/tiua ꝑuatiua seqtur negatiua simplex, ita ēt ex affirmati/ua trāsposita, seqtur eadē negatiua simplex, duę vero mi/nime, qđ est, duę vero simplices nō ita se habēt ad trāsposi/tas vt priuatiuę se habēt ad easdē trāspositas. Ostēsum est eni ꝙ opposito mō se hnt simplices ad transpositas, ab eo ꝙ se habēt priuatiue ad easdē, nā affirmatiua sim/plex est in minus trāsposita negatiua, et priuatiua negati/ua in plus, et simplx negatiua in plus affirmatiua trāspo/sita, et affirmatiua ꝑuatiua in minus. Vult ergo ꝑ hęc no/bis assignare ordinē ſm ꝯñiā Phs inter oēs has ꝓpo/sitiones quas supra declarauimus, et subdit has easdē ꝓpo/sitiōes eodē ordine in resolutorijs fuisse dispositas, hoc est in vltimo capite ꝑmi priorū, quo et hic illas disposuit, ꝓpter qd̄ nos in eorū expōnē digressi sumus. Reliq̄ ḡ dicunt̄ in textu clara sunt vsq; ad illam ptē. Similiter aūt. In qua Phs vult eūdem nos ordinē ſm ꝯñiam cōside/rare, in vlibus et particularibus eis oppositis ſm oppo/sitiones ꝑus dictas, quē in idefinitis cōsiderauimus, nā ex illa, oīs hō est iustus, seqtur illa, non oīs hō est non iu/stus, sicut et illa, nō oīs hō est iniustus, et ex illa, oīs homo est non iustus, seqtur negatiua simplex, nullus hō est iu/stus, vt ex affirmatiua priuatiua vli, quę est, oīs hō est in/iustus, et ꝙ hoc verū sit, pꝫ ex his quę subdit, declarādo diūiam postq̄ʒ ostēdit similitudinem, dicit ḡ ꝙ etsi cōueniāt

cũ idefinitis in ordine ⁊ ɔñria, nihil min⁹ nõ ɔtigit angulares eodẽ mõ veras eẽ, sed ɔtigit aliq̃n̄ tñ. ¶ Nolo hic expõnẽ modernoꝝ adducere, quã nec ꝑpõnes itelligãt, quarũ ɔñriã ⁊ ordinẽ itelligit ꝓhs. Nec eas debito ordine disponãt, nec qd sint angulares oino cognoscant, non eni ꝑ angulares itelligere debem⁹ quę in angulis sũt cõstitutę, sꝫ quę diametralr opponunt̃, vt apertissime Arist. dicit in codice grȩco. Opponant̃ aũt ſm diametrũ, affirmatiuę affirmatiuis, ⁊ negatiuę negatiuis, q̃ sunt de ꝑtis oppositis, vt appet ex figura, in qua ꝑ lineas transuersas ⁊ diametrales sũt obsignatę. Dicit g̃ nõ eodeꝫ mõ in vlibus posse eẽ veras oẽs angulares, quẽadmodũ in idefinitis, nã in his oẽs diametrales ɔtingit simul eẽ veras in mã ɔtingẽti, vt hõ iustus est, hõ iniustus est, hõ nõ iustus est, ⁊ silr oẽs negatiuę, hõ iustus nõ est, hõ nõ iustus non est, hõ iniustus nõ est. In vlib⁹ autẽ pꝫ affirmatiuas nullo pacto posse eẽ simul veras. vt ois hõ iustus est, ois homo iniustus est, ois hõ nõ iustus est, sũt eni de ꝑtis oppositis vlr sumptis, negatiuas tñ cõtingit sil eẽ veras qñqꝫ in materia ɔtingẽti, quaꝫ sint particulares, vt nõ omnis homo iustus est, nõ omnis homo iniustus est, nõ omnis homo non iustus est. Poterunt ergo eodem ꝑsse modo disponi in figura ipsę vniuersales cum particularibus quo ⁊ indefinitę.

Simplex affir^tio.
In min⁹ duab⁹. Ois hõ iustus est.
Priuato⁹ nega⁹.
In plus duab⁹. Nõ ois hõ iiust⁹ ẽ.
Trãspo^ta nega⁹
In pl⁹ sola sim^{el} Nõ ois hõ ñ iust⁹ ẽ

Simplex nega⁹.
Nõ ois hõ iust⁹ ẽ. In plus duab⁹.
Priuato⁹ affir⁹.
Ois hõ iniust⁹ ẽ. In min⁹ duabus.
Trãspo^ta affir⁹.
Ois hõ ñ iust⁹ ẽ. In min⁹ sola sim^{el}.

I sicut dictũ est. Nõ sciẽtes enim q̃ existimãt se scire: opinantur sic se hic in cognoscẽdo sicut dictũ est. Sciẽtes aũt vere: sic se habẽt. Est aũt hec recta manifestatio diffõnis. Diffinitio enim est rõ quã significat nomen. vt dicit in 4° meta. Significatio aũt nois accipiẽda est ab eo qd intẽdunt cõmuniter loquẽtes per id nomen significare. Unde ⁊ in 2° topicorũ dicit̃ q̃ noibus vtendũ est vt plures vtunt̃. Si gs etiam recte cõsideret p hanc notificationẽ magis ostẽditur quid significet nomẽ: q̃ directe aliqd significet̃. Non enim notificat scientiã de qua ppie posset diffinitio assignari: cum sit species alicuius generis: sed notificat ipsum scire. Unde ⁊ a principio dixit. [Scire aũt opinamur ⁊c.] Et non dixit. Scire est aliqd tale. ¶ Quarto ibi.

T.c.28. — L3.5.

K ¶ Quare cuius simpliciter est sciẽtia id vt aliter sese habeat fieri omnino non potest.

¶ Quare cuius simpliciter est scientia: hoc impossibile est aliter se habere.

Vide in anno.

¶ Cõcludit corollariũ qddaz ex diffinitione posita. s. q̃ illud de quo simplr est sciẽtia opz esse necessariũ. ¶ Quinto ibi.

¶ Si igitur ⁊ alius sciẽdi sit modus: posterius explicabimus.

¶ Siquidem igitur ⁊ alius est sciendi modus: posterius dicetur.

¶ Rñdet tacite qõni. vtrũ. s. sit aliqs alius modus sciendi a pdicto. Qd pmittit se dicturũ in sequentibus. Est enim scire per effectũ. vt infra patebit. Dicimur etiaz aliquo modo scire ipsa pncipia indemonstrabilia: quorum non est accipere causam. Sed proprius ⁊ perfectus sciendi modus est qui pdictus est. ¶ Deinde cum dicit.

T.ec.23.

¶ Addimus etiam p demõstrationẽ etiaz scire.

L ¶ Dicimus autez. quia scire per demonstrationem est intelligere.

¶ Diffinit syllogismũ demonstratiuũ per operationez ad finem suuz qui est scire: circa qd tria facit. Primo ponit q̃ scire est finis syllogismi demonstratiui siue effectus eius. cum scire nihil aliud esse videatur q̃ intelligere veritatẽ alicuius ↄclusionis per demonstrationem. ¶ Secundo ibi.

¶ Demonstrationem autem dico: ratiocinationem eam que scientiam efficit.

Vide in anno.

¶ Demonstrationem autem dico syllogismuz apoditicon. i. facientem scire.

¶ Diffinit syllm demonstratiuum per hoc finem: dicẽs q̃ demonstratio est sylls scientialis: idest faciens scire. ¶ Tertio exponit hoc qd dixerat scientialem ibi.

M ¶ Eam vero scientiam efficere dico: qua scimus eam ipsam habendo.

¶ Sed scientialez syllogismum dico sm quem in habendo ipsum scimus.

¶ Dicens q̃ scientialis sylls dr sm quem scimus inquantuz ipsum habemus. Ne forte aliqs syllm scientialẽ intelligeret quo aliqua scientia vteretur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit̃ ipsum scire tale est quale posuim⁹ necesse est ⁊ demonstratiuã sciam: ex veris ⁊ primis medioqz vacãtibus ⁊ ex notiorib⁹ ⁊ prioribus ipsa cõclusione causisqz eiusdem esse.

¶ Si igit̃ est scire vt posuimus: necesse est ⁊ demõstratiuã sciaz ex veris eẽ ⁊ primis ⁊ imediatis ⁊ notioribus ⁊ prioribus ⁊ causis ↄclonis.

N ¶ Cõcludit ex pdictis diffõnem sylli demonstratiui ex materia sumptaz. Et circa hoc duo facit. Primo ↄcludit. Scdo manifestat. ibi [Uerũ qdem igit̃ opz scire.] Circa pmũ tria facit. Primo pponit ↄsequentiã qua demonstrationis materialis diffinitio ↄcluditur ex pmissis dicens: q̃ si scire. hoc significat qd dixim⁹ cãm rei cognoscere ⁊c. necesse est q̃ demonstratiua scia. i. que per demõstrationẽ acqritur: pcedat ex ppõnib⁹ veris pmis ⁊ imediatis. i. que nõ per aliqd medium demonstrant̃ sed p seipsas sunt manifeste que quidez imediate dicunt̃ inquãtum carẽt medio demõstrante: pme aũt in ordine ad alias ppões que p eas pbantur. Et iteruz ex notioribus ⁊ prioribus ⁊ causis ↄnis. ¶ Secundo ibi.

¶ Sic enim erunt ⁊ ipsa principia propria eius quod demonstratur.

O ¶ Sic enim erunt ⁊ principia propria eius qd demonstratur.

¶ Excusat se ab additione alterius particule: que videbatur apponẽda: q̃. s. demonstratio ex ppriis pncipiis pcederet. Sed ipse dicit q̃ hoc intelligit̃ per ea que dicta sunt. Nam qr ppositiones demõstrationis sunt cause cõclusionis necesse est q̃ sint ppria principia eius. Opz enim esse causas proportionatas effectibus. ¶ Tertio ibi.

2° phys. t.co.38.


¶ Nam rõcinatio qdẽ sine his erit: demõstratio vero non erit: scientiam enim non faciet.

¶ Syllogismus qdem erit ⁊ sine his: demõstratio autẽ non erit. Non enim faciet scientiam.

¶ Manifestat pmisse cõsequentie necessitatem dicens: q̃ ls sylls nõ reqrat pmissas ↄditiones in ppositionibus ex quibus procedit: requirit tamen eas demonstratio. Aliter enim non faceret scientiam. ¶ Deinde cum dicit.

P ¶ Uera igit̃ eẽ opz: qr fieri neqt vt id qd nõ est: sciatur: veluti diametrũ cõmensurabilem esse.

¶ Uerum qdem igitur opz esse: qm nõ est scire qd non est: vt q̃ diametros sit symetros.



Q

¶ Manifestat positã diffinitionẽ: manifestãs etiam qd imediate dixerat. s. q̃ nisi premisse conditiones demonstrationi adessent scientiam facere nõ posset. Primo ergo ostẽdit qd semp pcedit ex veris ad hoc q̃ sciaz faciat. qr qd nõ est non cõtingit scire: sicut diametrũ esse symetrũ. i. cõmensurabilẽ lateri quadrati. Dicuntur enim quãtitates incõmensurabiles: quarũ nõ põt accipi aliqua mensura cõmunis: ⁊ hoc quãtitates sunt. quarũ nõ est pportio adinuicẽ sicut numeri ad numerũ: qd qdem ↄtingit de diametro quadrati ⁊ eius latere: vt patet ex decimasexta Euclidis. Quod autem non est veruz:

non

A non est. Naz esse & esse verũ ꝯuertunt̃. Opz id qḋ scitur esse verũ. Et sic ꝯclusionem demõstrationis que facit scire opz esse veram: & per ꝯsequens eius ꝑpositiones. Non enim cõtingit veruz sciri ex falsis: & si concludi possit ex eis: vt infra ostendet. ¶ Secundo ibi. (Lec. 13.)

¶ Ex primis aũt & idemõstrabilibus esse: q2 nõ sciet nõ habẽs demõstrationẽ ipsorũ. Scire .n. nõ ꝑ accidens ea quorũ est demonstratio nihil aliud est fane: ꝙ demonstrationem habere.

¶ Ex primis aũt indemonstrabilibus est: q2 nõ sciet nõ habens demõstrationem ipsoꝝ. Scire enim est habere demonstrationẽ: quorum demonstratio est: non ẜm accidens.

B ¶ Ostendit ꝙ demõstratio sit ex ꝑmis & imediatis siue idemonstrabilibus. Nõ enim ꝯtingit aliquẽ habere sciẽtiã: nisi habeat demonstrationẽ eoꝝ quorũ põt esse demõstratio: & hoc dico per se & non per accidẽs. Et hoc ideo dixit: q2 posset esset scire aliquaz ꝯclusionẽ nõ habẽs demõstrationẽ ꝑmissorũ, ẽt si essent demõstrabilia: q2 sciret eaz per alia ꝑncipia: & hoc esset ẜm accidẽs. Detur ergo ꝙ aliqs demõstrator syllogizet ex demonstrabilib9 siue mediatis: aut ergo hz illorũ demonstrationẽ aut nõ habet. Si non hz ergo nõ scit ꝑmissas: & ita nec ꝯclusionẽ ꝓpter ꝑmissas. Si aũt hz: cum in demonstrationibus nõ sit ꝓcedere in infinitũ: vt infra ostẽdet. tãdem erit deuenire ad aliqua imediata & indemonstrabilia. Et sic demonstratio opz ꝙ ꝓcedat ex imediatis: vel statim vel per aliqua media. Unde & in ꝑmo libro topicorum dicitur ꝙ demonstratio est ex propriis & veris: aut his que per ea fidem sumpserunt. ¶ Tertio ibi. (Le. 7.) (Cap. 1.)

C ¶ Cause etiã sint opz & notiora ac priora. Cause q2 tũ scimus cũ cognoscimus cãm. Priora siquidẽ: & cause sũt & antea cognita: nõ illo mõ solũ qd significẽt: sed altero etiã mõ. Dupl'r autẽ sũt priora notioraue. Nõ eni idẽ est prius nã: & nra ex parte prius: neqȝ notius: & nobis etiã notius. Atqȝ ea qdẽ ad nos priora notioraue dico que ꝓpinquiora sensui sũt. Ea ṽo simpl'r priora notioraue: q̃ a sensu lõgius distãt. Sũt aũt remotissima qdẽ ea: que sũt vniuersalia maxime. Propinquissima ṽo singularia ipsa. Atqȝ hec inter sese opponuntur. Ex primis aũt esse nihil aliud est ꝙ ex propriis principiis esse. Idẽ eniz primum atqȝ principium dico. (Vide in annot.)

D ¶ Causas quoqȝ notiores opz eẽ & primas causas: qm̃ tũc scimus cuz causas cognoscimus: & priores si vere sũt cause: & notiores nõ solũ altero modo itelligẽdo: sȝ in sciẽdo qm̃ sũt. Priora aũt & notiora dupl'r sũt. Nõ eni idẽ est nã: & ad nos prius: neqȝ notius nã: & nobis notius. Dico aũt priora ad nos & notiora: ꝓxima sensui. Simpl'r aũt priora & notiora: q̃ lõgius sũt. Sũt aũt qdẽ lõgiora vniuersalia: maxime autẽ ꝓpinquiora sensui singularia & opponunt̃ hec adinuicẽ. Ex primis aũt est: qḋ ex ꝓpriis principiis est. Jaz eniz dico idẽ primũ & principiuz.

¶ Probat ꝙ demõstrationis ꝓpões sint cause ꝯclusionis: q2 tũc scimus cũ cãs cognoscimus. Et ex hoc ostẽdit vlteri9 ꝙ sint priores & notiores. q2 ois causa est nãl'r prior & notior suo effectu. Opz aũt ꝙ cã cõclusionis demonstratiue sit notior nõ solũ quãtũ ad cognitionẽ qd est: sed ẽt quãtuz ad cognitionẽ q2 est. Nõ enim ad demõstrandũ ꝙ eclypsis solis est: sufficit scire ꝙ est lune iterpositio. Sed opz etiaz scire ꝙ luna iterponit̃ inter solẽ & terraz. Et q2 prius & notius dr̃ 2r scilicet quo ad nos & ẜm nãm: dicit ꝯñter ꝙ ex eis qbus ꝓcedit demõstratio sunt priora & notiora simpl'r & ẜm naturam: & nõ quo ad nos. Et ad hõ exponẽz dicit ꝙ priora & notiora simpl'r sunt illa que sũt remota a sensu: vt vlia. Priora & notiora quo ad nos sunt ꝓxima sensui. s. singularia: que opponunt̃ vlibus: siue oppositione prioris & posterioris: siue oppositione ꝓpinqui & remoti. ¶ Videt̃ autẽ ꝯtrarium hui9 haberi in ꝑmo physicorũ. vbi dr̃ ꝙ vlia sunt priora quo ad nos & posteriora ẜm nãm. ¶ Sed dicẽdũ est ꝙ hic loquit̃ de ordine singularis ad vle simpl'r: quoꝝ ordinẽ opz accipere ẜm ordinẽ cognitionis sensitiue & itellectiue in nobis. Cognitio aũt sensitiua est in nobis ꝑor itellectiua: q2 itellectualis cognitio ex sensu ꝓcedit in nobis. Uñ & singulare est ꝑus & notius quo ad nos ꝙ vle. In ꝑmo aũt physicorũ nõ ponitur ordo vlis ad singulare simpl'r: sed magis vlis ad minus vle: vtputa animalis ad hominẽ: & sic opz ꝙ quo ad nos vniuersalius sit prius & magis notũ. In oi enim generatione: qḋ est in potẽtia: est prius tẽpore & posteri9 natura. Qḋ aũt est cõpletum in actu est prius natura & posterius tp̃e. Cognitio aũt generis est quasi potẽtialis in cõparatione ad cognitionẽ spẽi: in qua actu sciunt̃ oia essentialia rei. Uñ & in generatione sciẽtie nostre prius est cognoscere magis cõe ꝙ min9 cõe. ¶ Item in libro physicorũ dr̃ ꝙ inata est nobis via ex nobis notiorib9. Non ergo demõstratio fit ex his que sunt priora simpl'r: sed quo ad nos. ¶ Sed dõz ꝙ hic loqtur ẜm ꝙ id qḋ est in sensu est notius quo ad nos eo qḋ est in itellectu. Ibi aũt ẜm ꝙ id qḋ est notius quo ad nos est ẽt in itellectu. Ex singularibus aũt que sunt in sensu nõ sunt demõstrationes: sed ex vlibus tñ que sunt in intellectu. ¶ Vel dicẽdũ ꝙ in oi demõstratione opz ꝙ ꝓcedatur ex his que sunt notiora quo ad nos. nõ tñ singularib9: sed vlibus. Non eniz aliqd põt fieri nobis notũ nisi per id qḋ est magis notũ nobis. Qñqȝ aũt id qḋ est magis notũ quo ad nos: est ẽt magis notũ simpl'r: & ẜm nãm: sicut accidit in mathematicis in qb9 ꝓpter abstractionẽ a materia nõ fiũt demõstratiões nisi ex ꝑncipiis formalibus. Et in talibus fiunt demõstrationes ex his que sunt notiora simpl'r. Itez qñqȝ id qḋ est notius quo ad nos: nõ est notius simpl'r: sicut accidit in naturalib9 in qbus eẽntie & virtutes rerum ꝓꝑ hoc ꝙ in materia sunt: sunt occulte: sed inotescunt nobis ꝑ ea q̃ exteri9 de ipsis apparẽt. Uñ in talib9 fiũt demõstrationes vtplurimũ ꝑ effectus qui sunt notiores quo ad nos: & nõ simpl'r. Nũc aũt nõ loquitur de hoc modo demonstrationũ: sed de ꝑmo. Quia ṽo in hac manifestatione hoc etiã omiserat manifestare ꝙ demõstratio esset ex ꝓpriis principiis: ꝯñter subdit qḋ habetur etiaz ex ꝑmissis. Per hoc eniz qḋ dicit̃ ꝙ demõstratio est ex primis habetur ꝙ sit ex propriis principiis: sicut & superius dictum est. Idem enim videtur esse primũ & ꝑncipium. Nam primũ in vnoquoqȝ genere & maximuz: est causa oium eoꝝ que sunt post: vt dicitur in 2° metaphysice. (E) (Dubium In pun.) (Solu.) (F) (Dubiuz) (Solutio prima.) (G) (Solu. 2.) (H)

¶ Est aũt demõstrationis principium ꝓpositio medio vacans. Ea ṽo medio vacat qua nulla est alia prior. (L. c. 4.)

¶ Est autem principium demõstrationis propositio immediata. Immediata autem est qua non est altera prior. Lectio. V.

[I] [Lec.5.] Quia superius phs dixerat q demõstratio ex pmis ⁊ imediatis: ⁊ h ab ipo nõdum manifestata erãt. ideo intẽdit ista manifestare. Et diuidit in tres partes. In pma parte ostẽdit qd sit ppositio imediata. In 2º ondit q opz hm ppositiones esse notiores cõclusione. ibi[Qm̃ opz credere ⁊ scire.] In 3º excludit quosdã errores qui ex pdictis occasionẽ habebãt. ibi[Quibusdã qdez igit.] Circa pmũ duo facit. Primo ondit quid sit ppositio imediata. Scdo diuidit eã. [Lec.4.] ibi[Immediati aũt pncipij.] Circa pm̃ hoc mõ pcedit. Primo nãqz resumit qd supra dictũ est. s. q principiũ demõstrationis sit ppositio imediata. Naz ẽt supra dixerat q demõstratio est ex pmis ⁊ imediatis. Scdo ibi[Immediata ãt.] Diffinit imediatã ppõnem: ⁊ dicit q imediata ppositio est qua nõ est altera prior. Cuius qdem nonficationis rõ ex pdictis pz. Dictũ est enim supra q demõstratio ex prioribus est. [Lec 4.] [K] Quãdocũqz igit aliqua ppositio est mediata. i. habens mediũ per qd demõstret pdicatũ de subiecto: opz q priores ea sint ppositiones ex qbus demonstret. Nam pdicatũ cõclusionis per prius inest medio q̃ subiecto: cui ẽt per prius inest mediũ q̃ pdicatum. Relinquitur ergo q illa ppositio qua non est altera prior sit imediata. ¶ Tertio ibi.

¶ Propositio altera enũtiationis est pars vnũ de vno complectens.

¶ Propositio autez est enuntiationis altera ps vnum de vno.

¶ Ostendit quid sit ppositio que ponitur in diffinitiõe mediate ppositionis. Et circa hoc tria facit. Primo nãqz diffinit ppositionem simplr: q ppositio est altera pars enũtiationis in qua pdicatur vnuz de vno. Habet enim enũtiatio duas partes: affirmationẽ ⁊ negationẽ. Opz enim q omnis syllogiçans alterũ earũ ppona. Non aũt vtrãqz. Hoc enim est propriũ eius qui a pncipio questionez mouet. [L] Unde per hoc separat ppositio a pblemate. Sicut enim in vno syllogismo nõ ɔcluditur nisi vnũ: ita opz q ppositio que est syllogismi pncipium sit vna. Una autẽ est in qua est vnum de vno. Unde p hoc q phs dicit vnũ de vno: separat ppositio ab enuntiatione que dicitur plures: in qua plura de vno vel vnum de pluribus dicitur. ¶ Secundo ibi.

¶ Differẽdi qdẽ q̃ vtrãuis accipit. Demõstrandi vo que definite alterum quod est verum.

[Vide in anno.] ¶ Dialectica silr est accipiẽs quãlibet. Demonstratiua alterz determinate quoniã verum est.

¶ Ponit drãm inter dialecticã propositionẽ ⁊ demonstratiuam dicens: q cũ ppositio accipiat alterã partẽ enuntiationis. [M] dialectica autẽ idifferẽter accipit quãcũqz earũ. hz eniz viam ad vtrãqz partẽ cõtradictionis eo q ex probabilibus pcedit. Unde etiaz ⁊ in pponendo: accipit vtranqz partem cõtradictionis: ⁊ querẽdo vtrãqz ponit. Demonstratiua aũt ppositio accipit alteraz partem determinate: quia nũq̃ habet demonstratio viam nisi ad verum demonstrandũ. Unde etiam semper pponendo accipit veraz partẽ contradictionis. Propter hoc etiam nõ interrogat: sed sumit qd demonstrat quasi notum. ¶ Tertio ibi.

¶ Enũtiatio est ɔtradictionis vtraqz pars. Cõtradictio est oppositio cuius nullũ p se mediuz est. Cõtradictionis partiũ: ea qdẽ qua quidpiã cuipiã adiungit: affirmatio dr. Ea vo qua qdpiaz a quopiã semonet: negatio nuncupatur.

¶ Enuntiatio aũt ɔtradictionis quãlibet partẽ. Cõtradictio aũt est oppositio cuius nõ est mediuz sm se inuenire. [N] Pars aũt contradictionis que qdem aliqd de aliquo: affirmatio est: que vo aliquid ab aliquo: negatio est.

¶ Diffinit enuntiationẽ que ponit in diffõne ppõnis dicẽs: q enuntiatio cõplectitur vtrãqz ptem cõtradictionis: vt ex dictis pz. Quid aũt sit cõtradictio ɔñter ondit dicens: q cõtradictio est oppositio cui nõ est mediũ sm se. Quãuis eniz in puatione ⁊ in habitu: ⁊ in cõtrarijs imediatis non sit medium circa determinatũ subm: tamen est mediũ simplr. Nã lapis neqz cecus neqz videns: ⁊ albedo neqz par neqz ipar est. Hoc etiam qd habent de imediatione circa determinatum subm: habẽt inquãtum aliqd pticipant cõtradictionis. Nã puatio est negatio in subiecto determinato. Et alterũ ẽt ɔtrariorũ imediatorũ est habẽs aliqd cõtradictionis. Sed cõtradictio simplr in oibus caret medio. Et hoc nõ habet ab alio: sed ex seipsa. Et ppter hoc dicit q eius nõ est mediũ sm se. [O] Exponit ẽt ɔsequenter quid sit pars contradictionis. Est enim cõtradictio oppositio affirmationis ⁊ negationis. Unde altera ps eius est affirmatio q̃ pdicat aliqd de aliq̃. Altera vo negatio q̃ remouet aliqd ab aliq̃. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Principiorũ aũt rõcinãdi vacãtiuz medio: id qdẽ qd fieri neqt vt demõstret: quodqz nõ necesse est eum hẽre qui discẽdo qõnis est pcepturus positio noiat. Quod vo necesse est hẽre docendũ quẽlibet: dignitas appellat. Sũt. n. talia q̃dã q̃ sese offerũt hisce q discit ad vnãquanqz scientiam perdiscendam. Atqz talibus hoc potissimum nomen tribuere consueuimus.

[P] ¶ Immediati aũt principij syllogistici: positionẽ qdẽ dico quaz non est mõstrare: neqz est necesse habere docẽdum quemlibet. Quam vo necesse est habere docendum quemlibet: dignitatem vel maximam propositionem: sunt eniz quedã huiusmodi. Hoc eni maxime in huiusce modi nomen consueuimus dicere. [Vide in anno.]

¶ Diuidit imediatuz pncipium. Et circa hoc duo facit. Primo diuidit. Scdo subdiuidit. ibi[Positionis aũt quedaz.] Dicit ergo pmo q imediatũ pncipiũ syllogismi est duplex. Unũ qdem qd dr positio quã nõ cõtingit demõstrare. ⁊ ex hoc imediatũ dicit: neqz tñ aliquẽ docẽdũ. idest qui doceri dz in demõstratiua scia necesse est habere. i. mente ɔspicere: siue ei assentire. Aliud vo est qd dr dignitas vel maxima ppositio quã necesse est hẽre in mente ⁊ ei assentire quẽlibet q doceri debet. Et manifestũ est q q̃dam principia talia sunt: [Q] [Lec.2.9.] vt pbatur 4º meta. de hoc pncipio: q affirmatio ⁊ negatio nõ sunt simul vera: quorũ ɔtrarium nullus credere mente põt: ⁊ si ore pferat. Et in talibus vtimur nomine pdicto. s. dignitatis vel maxime ppõnis: ppter hm̃ pncipiorum certitudinẽ ad manifestãdum alia. Ad huius autẽ diuisionis manifestationem sciẽdum est q quelibet ppositio cuius predicatum est in ratione subiecti est imediata: ⁊ per se nota quãtum est de se. Sed quarũdam propositionum termini sunt tales q sunt in notitia omnium: sicut ens ⁊ vnum: ⁊ alia que sunt entis inquãtum ens. Nam ens est pma conceptio intellectus. Unde oportet q tales propositiones nõ solum in se: sed etiam quo ad nos quasi per se note habeantur. Sicut q non contingit idem esse ⁊ non esse: ⁊ q totum sit maius sua parte. ⁊ similia. Unde ⁊ huius principia omnes scientie accipiunt a metaphysica: cuius est considerare ens simpliciter: ⁊ ea que sunt entis. Quedam vo propositiones sunt im

mediate

A mediate quarū termini nō sunt apud oēs noti. Uñ lz predicatum sit de ratione subiecti: tñ qr diffinitio subiecti non est oibus nota: nō est necessarium φ tales ꝓpositiones ab oib⁹ concedantur. Sicut hec propositio.

Oēs recti anguli sūt equales. quātū est in se est per se nota siue imediata: qr equalitas cadit in diffōne anguli recti. Angulus.n. rectus est quē facit linea recta sup aliā lineā rectā cadens. ita φ ex vtraqz parte anguli reddantur equales. Et ideo cum quadā pōne recipiunť h⁹ pncipia.



Est ⁊ alius modus quo alique ꝓpositiones dicunť suppositiones. Sunt eniz qdā ꝓpositiones que nō possunt ꝓbari nisi per pncipium alterius scientie. ⁊ ideo opz φ in illa scia supponanť: lz probenť ꝑ pncipia alterius scie. Sicut a puncto ad punctū est rectā lineā ducere. supponit geometra: ⁊ ꝓbat naturalis: ostendēs φ iter quelibet duo puncta sit linea recta media. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Rursus ea qdē positionū que vtrāuis enūtiationis accipit ptē eē inqꝫ quidpiā aut non esse: suppositio dī. Ea ꝟo que est sine hoc ipso: diffinitio est. Diffinitio nāqz positio qdē est. Ponit enim arithmeticus vnitatē quātitate indiuisibilez esse. Sed suppositio sane nō est. Nā qd est vnitas: ⁊ vnitatē esse nō eadē sunt.

C ¶ Positionis aūt que est quālibet partiū enunciationis accipiens: vt dico aliqd eē aut nō esse: suppositio qdē est. Que ꝟo sine hoc: diffō est. Diffō enim quedā est positio. Ponit.n. arithmeticus vnitatez indiuisibilez esse fm qꝫtitatē. Suppositio aūt nō est. Id enim quod quid est vnitas ⁊ esse vnitatem: nō idem est.

¶ Subdiuidit alterū mēbrū pme diuisionis. s. positionez dicens φ quedā positio est q̄ accipit aliquā ptē enūtiationis. s. affirmationē vel negationē: qꝺ significat cū dicit[vt dico eē aliquid aut nō esse.]Et hec positio suppositio dī: quia tanqꝫ veritatē hñs supponiť. Alia aūt est positio que nō significat esse vel nō esse: sicut diffō: q̄ positio dī. Poniť.n. ab arithmetico diffō vnitatis: tanqꝫ qꝺdā pn^m. s. φ vnitas est indiuisibilis fm qꝫtitatē. Sed tñ diffō nō poniť suppositio. Illud.n. ꝓprie supponiť qꝺ verū vel falsuz significat. Et ideo subdit φ[nō idē est qꝺ qd est vnitas]qꝺ neqz verum neqz falsum significat[⁊ esse vnitatem]qꝺ significat verum vel falsum.

Dubium. D ¶ Sed potest queri cum diffinitio nō sit ꝓpositio significans esse vel nō esse quo modo ponať in subdiuisione imediate ꝓpositionis. ¶ Sed dōm φ in subdiuisione nō sumit imediatā ꝓpositionē ad subdiuidendū: sed imediatū pncipium. (Solo p⁹.) Principiū aūt sylli dici pōt nō solū ꝓpositio: sed etiā diffinitio. (Solo 2⁹.) Uel pōt dici φ lz diffinitio in se non sit ꝓpositio in actu est tñ in virtute: quia cognita diffōne apparet diffinitionem de subiecto vere predicari.

¶ Cū aūt credere scireqz rem oporteat talem ratiocinationē habendo: quā demōstrationē vocamus: hec ꝟo fit qr sunt ea ex qb⁹ extruiť rōcinatio: necē est nō solū antea prima ipsa vel oīa: vel aliq̄ cognoscanť: sed ēt magis noscantur.

¶ Qm̄ aūt opz credere ⁊ scire rē in hui⁹ habendo syllm quē vocamus demrationē: est autē h quidem scire ea ex quibus est sylls. Necesse est nō solū precognoscere prima aut oīa aut q̄daz: sed etiam magis. Lectio. VI. E

Postqꝫ ostendit Phs que sunt imediata pncipia. hic de eorū cognitione determinat. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit φ imediata pncipia sūt magis nota ꝯclone. Scdo ostēdit φ ⁊ falsitas ꝯtrarioꝝ dz esse notissima. ibi [Non solū autem ⁊c.]Circa pmū tria facit. Primo ꝓponit intentionē dicens: φ quia oīa nos credimus alicui rei ꝯclusē ⁊ scimus eam per hoc qꝺ habemus syllm demonstratiuum: ⁊ hoc qdē est inquātū scimus syllm demonstratiuū: necesse est non solū precognoscere prima pncipia ꝯclusioni: sed etiā ea magis cognoscere qꝫ conclusionē. Addidit autem[aut oīa aut quedam]quia quedam principia ꝓbatione indigent ad hoc φ sint nota: ⁊ anteqꝫ probenť non sunt magis nota conclusione. Sicut φ angulus exterior trianguli valeat duos equales intrinsecos sibi oppositos: anteqꝫ probetur: ita ignotum est sicut φ triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Quedam ꝟo pncipia sunt que statim posita: sunt magis nota conclusione. Uel aliter quedaz ꝯclusiones sunt que sunt notissime: vtputa per sensum sumpte siue accepte: sicut φ sol eclypseť. Unde pncipium per qꝺ ꝓbatur nō est notum magis simpliciter. s. φ luna interponať inter solez ⁊ terrā: lz sit magis notū in via rōnis ꝓcedentis ex cā in effectum. Uel aliter hoc ideo dicit: quia ēt dixerat supra φ quedam pncipia tēpore prius cognoscunť qꝫ cōclusio: quedam ꝟo simul tēpore nota sunt cū ꝯclusione. ¶ Scdo ibi. F

¶ Semper eniz illud est tale magis: ob qꝺ vnūqꝺqz est tale. Ueluti magis id est dilectū: atqz amatū: ob qꝺ amamus atqz diligimus. Quare si ob prima scimus ac credimus: ⁊ illa sane scimus ac credimus magis: quoniā ob illa ⁊ ipsa scimus posteriora. G

¶ Semp.n. pp qꝺ vnūqꝺqz: ⁊ illud magis est: vt pp qꝺ amamus: illꝺ amicū magis est. Quare siqdē scim⁹ ꝑ prima ⁊ credimus: illa scimus ⁊ credimus magis: qm̄ pp illa ⁊ posteriora. (Uide in anno.)

¶ Probat ꝓpositum dupliciter. Primo rōne ostensiua sic. [Propter qꝺ vnūqꝺqz ⁊ illud magis]sicut si amamus aliquē ꝓpter alterū: vt si magistrū ꝓpter discipulū. discipulū amamus magis: sed ꝯclones scimus ⁊ eis credimus pp pncipia. Ergo multo magis scimus pn^a ⁊ magis eis credimus qꝫ ꝯclusioni. ¶ Attendendū est aūt circa hanc rōnem φ causa semp est potior effectu suo. Qñ ergo causa ⁊ effectus conueniunt in noīe: tunc illud nomen magis pdicať de causa qꝫ de effectu: sicut ignis est magis calidus qꝫ ea que per ignem calefiunt. Qñqz ꝟo causa ⁊ effectus nō cōueniunt in nomine: ⁊ tunc lz nomen effectus nō ꝯueniat cause: tñ ꝯuenit ei aliqd dignius. sicut ⁊ si in sole nō sit calor, est tñ virtus in eo quedā que est pncipium caloris. ¶ Deinde cum dicit. H

¶ Fieri aūt nō pōt vt ea magis quisquā que nescit: ⁊ circa que non melius dispositus est: qꝫ si scierit: qꝫ ea que cognoscit credat atqz assentiť. At euenit id ꝑfecto: si nō prius cognouerit principia quispiā qꝫ ea q̄ per demrationē creduntť.

¶ Nō pōt aūt credere: magis que scit: q̄ nō ꝯtingūt: neqz sciens: neqz meli⁹ dispositus qꝫ sciēs: (Uide in anno.)

I si cõtingit. Accidit aũt hoc nisi aliqs precognouerit per demonstrationem credentium.

Lec. 4ª. ¶ Probat idem per rõnem ducentẽ ad impossibile: que talis est. Principia precognoscunt̃ cõclusioni vt supra habitum est: ⁊ sic quando pncipia cognoscunt̃ nondũ cõclusio est cognita. Si igit̃ principia nõ essent magis cognita q̃ cõclusio. sequeret̃ q̃ homo vel plus vel equaliter cognosceret ea que nõ nouit q̃ ea que nouit. Hoc autem impossibile est. ergo impossibile est q̃ principia non sint magis nota conclusione. ¶ Litera sic exponit̃. [Neqz sciẽs neqz alius melius dispositus in cognoscendo q̃ sciens si contingeret aliquem esse talem] qd̃ dicit pp̃ter intelligentem principia de quo adhuc nõ est manifestum [non põt magis credere: que non contingunt sciri ab eo: his que iam scit. Accidet aũt hoc nisi aliquis de numero credentium conclusionem per demonstrationem precognouerit.] id est magis nouerit principia. ¶ In greco planius habet̃ sic. Nõ est aũt possibile credere magis his que nouit: que non existunt: nec sciens: neqz melius dispositus q̃ (si contigerit) sciens. ¶ Tertiũ ibi.

K ¶ Magis enim principijs aut oĩbus aut qbusdaz credere q̃ cõclusioni necesse est. ei qui per demonstrationẽ scientiaz est habiturus.

¶ Magis eniz necesse est credere oĩbus principijs aut qbusdaz q̃ cõclusioni debentẽ habere scientiam per demonstrationem.

¶ Exponit qd̃ dixerat dicens q̃ hoc qd̃ dictuz est q̃ magis necesse est credere principijs aut omnibus aut quibusdam q̃ cõclusioni intelligendũ est de illo qui dz accipere disciplinam per demonstrationẽ. Si eniz aliunde cõclusio esset nota. sicut per sensum. nihil prohiberet pncipia nõ esse magis nota cõclusione in via illa. ¶ Deinde cum dicit.

L ¶ Nõ solum aũt ipsa principia magis nota: magisqz credita sint: q̃ id qd̃ ex ipsis ostẽdit̃: sed ꝯ nihil prorsus eoꝝ que principijs opponunt̃ ex qbus erit rõcinatio falsa: vereqz cõtraria: credibile sit aut notius principijs ipsis opz. Quippe cũ eũ qui simplr̃ est scientiam cõsecutus: nũq̃ ab ea persuasione dimoueri oporteat.

¶ Non solum opz principia magis cognoscere ⁊ magis ipsis credere q̃ ei qd̃ demonstrat̃: sed neqz aliud ipso credibilius est neqz notius oppositis principijs ex quibus erit syllogismus cõtrarie deceptionis. Siquidem oportet scientez simpliciter non incredibilem esse.

M ¶ Ostendit q̃ nõ solum magis oportet cognoscere pncipia q̃ cõclusionẽ demonstratiuam: sed etiã nihil debet esse certius q̃ q̃ opposita principijs sint falsa. Et hoc ideo: qꝛ opz scientem non esse incredibilem pncipijs: sed firmissime eis assentire. Quicũqz aũt dubitat de falsitate vnius oppositoꝝ non potest firmiter inherere opposito: quia semper formidat de veritate alterius oppositi.

¶ Sunt aũt qbus nõ videt̃ esse scientia propterea q̃ ipsa prima sciantur opz. Sunt etiaz quibus esse qdẽ videt̃: demonstrationes tñ oium esse. Quoꝝ neutrũ sane veꝝ aut necessariũ est.

¶ Quibusdã quidem igitur pp̃ter id q̃ opz prima scire nõ videt̃ scientia esse. Quibusdã autez oĩuz videnĩ esse demõstratiões. Quoꝝ neutrũ neqz verũ: neqz necessariũ est.

N Lec. VII.

Postq̃ determinauit Phs de cognitione principiorum demonstrationis. hic excludit errores ex pdeterminata veritate exortos. Et circa hoc tria facit. Primo ponit errores. Scd̃o rationes errantium ibi [Supponentes quidem igitur.] Tertio excludit rationũ radices. ibi [Nos autem dicimus.] Dicit ergo primo q̃ ex vna veritate superius determinata duo errores cõtrarij sunt exorti. Determinatum est enim supra q̃ oportet principia demonstratiõis precognoscere: imo q̃ oportet etiam magis scire. Sed pmũ horum sufficit ad propositum. Propter hoc autem videtur quibusdam q̃ nullius rei sit scientia. Quibusdam autem vr̃ q̃ sit scientia: ⁊ q̃ oium possit haberi scientia per demõstrationẽ. Neutrum aũt istorũ est verũ: nec necessario sequit̃ ex rõnibus eorum. ¶ Deinde cum dicit.

Lec. 6.

O ¶ Qui nãqz scientiam non esse oĩno ponunt. hi censent ascendenduz esse in infinitum: pp̃terea q̃ posteriora nõ sciuntur ob ea priora quorum prima nõ sunt: recte quidez dicẽtes. Fieri eniz non põt vt infinita quisq̃ pertranseat. Qꝛ. si statur: ac principia sunt: hec incognita dicunt̃ esse: cum ipsorum nõ sit demonstratio: qd̃ qdem solum inquiunt esse scire. Qd̃ si fieri nõ põt vt prima sciantur: neqz fieri posse dicunt vt ea que p ficiscuntur ex illis sciant̃ simpliciter pp̃rie: sz ex suppositione dumtaxat si illa sint.

P ¶ Supponentes qdẽ enim nõ esse oĩno scire. hi ad infinitũ volũt reduci tanqz nõ sint vtiqz sciẽtes posteriora pp̃ter priora quoꝝ nõ esse prima recte dicentes. Impossibile eniz est infinita trãsire. Et si stent ⁊ si sint principia: hec ignota eẽ: cum demonstratio ipsorũ nõ sit: qd̃ vere dicũt esse scire solum. Si ħo nõ est prima scire: neqz que sunt ex ipsis est scire simpliciter: neqz proprie: sed ex conditione si illa sint.

¶ Ponit rationes quibus in predictos errores incidunt. Et primo ponit rationem dicentium q̃ non est scientia: que talis est. Principia demonstrationis aut procedunt in infinitum: aut est status in eis: si proceditur in infinitum, non est in eis accipere principia: quia infinita nõ est transire vt ad prima veniatur. Et ita non est primum cognoscere. Et in h recte argumentatur. Nam posteriora non possunt cognosci non cognitis primis. Si autem statur in principijs oportet q̃ principia nesciantur: si scire solum est per demonstrationem. Non enim principia habent aliqua priora per que demonstrantur. Si autem principia ignorentur. opz iteruz posteriora non scire simpliciter nec pp̃rie: sed soluz sub hac cõditione si principia sint. Non enim potest aliquid per aliqd̃ ignotum cognosci nisi sub hac conditione. si illud primũ qd̃ est ignotuz sit. Sic ergo sequitur vtroqz modo siue pncipia stent/siue procedatur in eis in infinitum/q̃ nullius rei est scientia. ¶ Secundo cum dicit.

Q ¶ At scd̃i de mõ qdem sciendi consentiunt: per demonstrationem enim soluz esse scientiaz dicunt. Uerum oium demonstrationez esse nihil inquint phibere. Fieri eniz põt vt demõstratio circuli mõ verset̃: oĩaqz mutuo demõstrentur.

A ¶ Quidā autem ꝙ ipsum quidem scire sit confitentur per demonstrationē solū esse: sed oīuz esse demonstrationē nihil prohibet. Contingit enim circulariter fieri demonstrationez: & hoc ex his que sunt adinuicem.

¶ Ponit rationem dicentium omniū esse scientiam per demonstrationē: q: premisse radici. s. ꝙ non esset scire nisi per demonstrationē addebant aliam. s. ꝙ posset circulariter demonstrari. Sic enim sequebatur ꝙ etiam si in principijs demonstrationis esset status. p̄ma tñ principia erant scita p demonstrationem: q: illa principia dicebant demonstrari ex posterioribus. Nam circulariter demonstrare est demōstrare ex inuicem. s. ꝙ p̄mo fuit p̄ncipiuz postmodū sit conclusio. & econuerso. ¶ Deinde cum dicit.

B ¶ Nos autem dicimus nec omnem scientiā esse demonstratiuam: sed eorum que medijs vacāt indemonstrabilem esse. qđ quidem necessariuz esse patet. Nam si necessariuz quidē est vt priora sciantur & ea ex quibus conficitur demōstratio: statur autem tandē in hisce que vacant medijs: hec indemonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicimus: vt nō soluz scientiam: sed & principiū scientie qđdam esse asserimus: quo terminos ipsos cognoscimus.

Lec. 2. 6. ¶ Nos autem dicimus neqz omnem scientiam demonstratiuam esse: sed scientiam imediatorum indemonstrabilem. Et hoc ꝙ necessariuz

C sit manifestū est. Si enim necesse est quidē scire priora ex quibus est demonstratio: stant aūt quandoqz imediata: hec quidez priora indemōstrabilia necesse est esse. Et hoc igitur sic dicimus: & non solū scientiam: sed & principiū sciētie esse qđdam dicimus. Ipsa enim cognoscimus inquantum terminos cognoscimus.

¶ Excludit falsas radices predictaꝝ rationū. Et primo hoc qđ supponebant. s. ꝙ nō est scire nisi per demonstrationez. Scđo hoc qđ dicebant. s. ꝙ cōtingeret circulariter demonstrari. ibi [Circulo quoqz.] Dicit ergo p̄mo ꝙ nō oīs sciētia est demonstratiua. idest per demonstrationem accepta. Sz imediatoꝝ p̄ncipioꝝ est scientia indemonstrabilis. idest nō per demonstrationez accepta. ¶ Sciendū tñ ꝙ hic Aristoteles large accipit scientiam pro qualibet certitudinali cognitione. & non ſm ꝙ scientia diuiditur cōtra intellectum: prout dicit̄. Scientia est ꝯclusionuz. & intellectus p̄ncipioꝝ. ¶ Qz aūt necessariuz sit vt certa cognitio aliquoruz habeatur sine demonstratione sic probat. Necesse est scire priora ex quibus est demonstratio: sed hoc aliquādo ꝯtingit reducere in aliqua immediata. al's oporteret dicere ꝙ inter duo

D extrema. s. subiectum & predicatuz essent infinita media in actu. Et plus ꝙ nō esset aliqua duo accipere inter que non essent infinita media. Qualitercūqz aūt media assumantur est accipere aliquid alteri imediatum. Immediata autez cū sint priora opz esse indemonstrabilia. Et ita pz ꝙ necesse est haberi aliquorum scientiam sine demonstratione. Si ergo querat̄ quo modo imediatoꝝ scientia habeat. respondēduz ꝙ non solum imediatorum est scientia: imo etiam cognitio eorum est principium totius scientie. Nam ex cognitione principiorum demonstratur cognitio conclusionum: quarū

E proprie est scientia. Ipsa autem principia imediata nō per aliquod medium extrinsecum cognoscuntur: sed per cognitionem ꝓpriorū terminorum. Scito enim quid totum & qđ pars. cognoscitur ꝙ omne totum est maius sua parte: q: in talibus propositionibus vt supra dictum est. predicatū est in ratione subiecti. Et ideo rationabiliter cognitio horuz principiorum est causa cognitionis conclusionum: quia semper id qđ est per se est causa eius qđ est per aliud. Lec. 5.

¶ Et etiam patere dicimus fieri nō posse vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur: si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit vt eisdem eadem simul priora sint atqz posteriora: nisi altero modo: veluti si alia nostra ex ptc: alia simpliciter dicantur: quo quidem modo facit inductio notum. Qđ si ita sit: nō bene est diffinitum ipsum simpliciter scire: sed est sane duplex. An altera demonstratio que sit ex hisce que nobis sunt notiora: nō est simpliciter demonstratio.

F ¶ Circulo quoqz ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter: manifestum est: si vere ex prioribus oportet demonstrationem & notioribus. Impossibile est enim eadē sibiipsis simul priora & posteriora esse nisi altero modo: vt hec quidem ad nos: illa autē simpliciter: quo certe modo facit inductio notum. Si aūt sic est: nō erit scire vtiqz simpliciter bene determinatum: sed dupliciter. Aut non simpliciter altera demonstratio sit ex notioribus.

Lectio. VIII.

G Postq̄ p̄hs exclusit vnam falsam radicē: ostendens ꝙ non oīs scientia est p demonstrationem: hic excludit aliam: ostēdēs ꝙ nō cōtingit circulariter demonstrare. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ circularis syllogismus dicitur quando ex cōclusione & altera premissaꝝ conuersa concluditur reliqua. Sicut si fiat talis syllogism⁹. Omne animal rationale mortale est risibile. Omnis homo est animal rationale mortale. Ergo omnis homo est risibilis. Assumatur ergo conclusio tanq̄ principium: & adiungat̄ ei minor cōuersa: hoc mō. Omnis homo est risibilis. Omne animal rationale mortale est homo. Ergo omne animal rationale mortale est risibile: que erat maior p̄mi syllogismi. ¶ Ostendit autem per tres rationes ꝙ non contingit circulariter demonstrari. Quarum prima talis est. In circulari syllogismo idem sit conclusio & principium. Principiuz aūt demonstrationis est prius & notius ꝯclusione: vt supra ostēsum est. Sequitur ergo ꝙ idem sit prius & posterius respectu vnius: & eiusdem: & notius & minus notum. Hoc autem est impossibile. Ergo est impossibile circulariter demōstrari. Sed potest aliquis dicere ꝙ idem potest esse prius & posterius alio & alio modo. scilicet vt hoc sit prius quo ad nos: & illud sit posterius simpliciter. Sicut singularia sunt priora quo ad nos & posteriora simpliciter. Uniuersalia ṽo ecōuerso. Hoc autez modo inductio facit notum: sed altero modo a demonstratione. Nam demonstratio procedit ex prioribus simpliciter. Inductio autez ex prioribus quo ad nos. Sed si sic fieret demonstratio circularis: vt. s. p̄mo cōcluderetur ex prioribus simpliciter: postea ṽo ex prioribus quo ad nos: sequeret̄ ꝙ nō esset bene determinatuz supius: quid

Q circularis demōstratio sit īpossibilis probatur tribus rōnibus. p̄a ratio. H

I

est scire. Dictum est enim φ scire est causam rei cognoscere. Et ideo ostensum est φ opz demonstrationē que facit scire: ex prioribus simpliciter procedere. Si autez demonstratio nūc ex prioribus simpliciter: nunc ex prioribus quo ad nos procederet. oporteret φ scire etiam nō solum esset causaz rei cognoscere: sed diceretur φ esset etiam qōdam scire per posteriora. Aut ergo oportebit sic dicere. aut oportebit dicere φ altera demonstratio que fit ex nobis notioribus. non sit simpliciter demonstratio. Ex his ergo apparet quare dialecticus syll'Ꝯ pōt esse circularis. Procedit enim ex probabilibus. Probabilia aūt dicunt: que sunt magis nota: vel sapiētibus vel pluribus. Et sic dialecticus syll'Ꝯ procedit ex his q̄ sunt magis nota nobis. Contingit autem idem esse magis & minus notū quo ad diuersos: & ideo nihil prohibet syllꝫ dialecticum fieri circularem. Sed demonstratio fit ex notioribus simpliciter: & ideo vt dictum est nō pōt fieri circularis demonstratio. ¶ Scd̄am rationem ponit ibi.

K

¶ Euenit autem hisce qui dicunt demonstrationem versari non solum id quod nunc est dictū: sed etiam nil aliud dicere: q̄ꝫ hoc est: si hoc est. Hoc ꝟo pacto facile est omnia demonstrare. Atqꝫ patet idipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos siue per paucos redire dicat̄ nihil profecto refert: atqꝫ per paucos etiam duos.

¶ Accidit aūt dicentibus circulo demonstrationem esse: non solum qō nūc dictū est: sed nihil aliud dicere q̄ꝫ qm̄ hoc est: si hoc est. Sic autē facile est demonstrare omnia. Manifestū autē est φ hoc accidit tribus terminis positis. Per multos qdē aut per paucos reflectere nihil differt. Per paucos autem aut per duos.

Vide in annot. 2ª ratio.

L

¶ Ratio talis est. Si sit demonstratio circularis. sequit̄ φ in demonstratione probet̄ idem per idem: vt si dicamus: si est hoc: est hoc. Sic aūt facile est demōstrare oīa. Hoc enim facere quilibet poterit tam sciens q̄ꝫ ignorans. Et sic per demonstrationē nō acquirit̄ scientia: quod est cōtra diffinitionem demonstrationis. Non ergo pōt esse demonstratio circularis. Veritatem aūt p̄me cōsequentie sic ostēdit. Primo enim dicit φ manifestum est φ accidit circulari demōstratione facta: hoc φ prius dictum est. s. φ idem probet̄ p idē. Si quis enim sumat tres terminos. Reflexionem autē fieri per multos: aut per paucos nihil differt. Nominat autez hic reflexionem: processum qui fit in demonstratione circulari a p̄ncipio ad cōclusionē: & iterum a cōclusione ad p̄ncipium. Huiusmodi aūt reflexio q̄ꝫtum ad vim argumētādi, siue fiat per multa/siue per pauca/nō differt. Nec differt de paucis: aut de duobus. Eadem enim virtus arguendi est si quis p̄cedit sic. Si est. a. est. b. & si est. b. est. c. & si est. c. est. d. & iterum reflectatur dicens: si est. d. est. c. & si est. c. est. b. & si est. b. est. a. sicut si statim a principio reflectatur dicens. si est. a. est. b. & si est. b. est. a. Dicit autem per duos terminos: & supra dixit trib⁹ terminis positis: q: in deductione quā faciet vtet̄ tertio termino qui sit idez cū p̄mo. ¶ Deinde cum dicit.

M

¶ Nā quando cuꝫ. a. fit: est necessario. b. Et hoc cum fit est necessario. c. Tum cum. a. fit necessario. c. ipsum erit.

¶ Cum enim fit. a. ex necessitate est. b. Hoc autē cū fit erit. c. Cū igit̄. a. fit: ex necessitate erit. c.

¶ Proponit formā arguendi in tribus terminis hoc modo. Si fit. a. est. b. & si est. b. est. c. ergo si est. a. ex necessitate est. c. ¶ Deinde cum dicit.

N

¶ Si igitur cum. a. fit: necesse est. b. esse. & cū. b. fit necesse est esse. a. hoc enim erat circuli modo versari. ponat̄. a. eo in loco quo ipsuꝫ est. c. Dicere igitur cuꝫ. b. fit. a. ipsuꝫ esse: nil aliud est q̄ꝫ dicere: cum. b. fit. c. ipsuꝫ esse. Id autez nil aliud est q̄ꝫ dicere: cum. a. fit. c. ipsum esse. At idem est. c. & a. quare fit vt hi qui censent orbis modo demonstrationem versari: nihil aliud dicāt q̄ꝫ cum. a. fit. a. ipsum esse. hoc ꝟo pacto facile est omnia demonstrare.

O

¶ Si igit̄ cū fit. a. necesse est. b. esse: hoc autē cū fit. erit. a. hoc autem erat circulo. ponat̄ enim. a. in quo est. c. b. igit̄ cū fit. a. esse dicere: est ipsum c. dicere. Hoc autem est qm̄ cuꝫ fit. a. est. c. sꝫ. c. cum. a. idē est. Quare accidit dicere circulo dicentes esse demonstrationē nihil alteꝝ cū fit. a. est. a. Sic aūt omnia demonstrare leue.

¶ Per formam arguendi premissam ostendit φ in circulari demonstratione concluditur idem per ideꝫ: sumptis duobus terminis tm̄. Est enim dicere. Si est. a. est. b. & reflectendo si est. b. est. a. qō est circulariter demonstrare. Ex quibus duobus sequitur s̄m premissam formam arguendi. si est. a. est. a. Qō sic patet. Sicut enim in prima deductione que fiebat per tres terminos ad. b. sequebatur. c. ita in deductione reflexa duorum terminoꝝ ad. b. sequitur. a. Ponatur ergo φ idem significet. a. in scd̄a deductione reflexa. quod. c. significabat in prima directa que est per tres terminos. igitur dicere in secunda deductione: si est. b. est. a. est hoc ipsum quod erat dicere in p̄ma deductione: si est. b. est. c. Sed cū dicebat̄ in p̄ma deductione: si est. b. est. c. sequebat̄. si est. a. est. c. Ergo in deductione circulari sequit̄ si est. a. est. a. cum. a. idē ponatur quod. c. Et ita leue erit demonstrare omnia: vt dictū est. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

P

¶ At ꝟo nec idipsum fieri pōt nisi in hisce que mutuo se sequunt̄ quemadmoduꝫ ipsa ꝓpria. Demonstratum est igitur prius vno quidē posito nūq̄ꝫ necessario aliquid aliud esse: vno inq̄ꝫ aut termino aut positione. Ex duabus autem positionibus primis ac minimis fieri posse: siquidem & ratiocinari contingit. Si igitur. a. & b. & b. mutuo se sequantur: sic tm̄ fieri potest vt ostendant̄ ex sese mutuo cuncta que postulata sunt in prima ratiocinationis figura: vt in libro priorum ostendimus. Quo loco etiam patebit

Q

ceteris in figuris aut nō fieri ratiocinationem: aut nō ex hisce fieri que sunt sumpta. Ea ꝟo q̄ p̄dicationē nō suscipiunt mutuā: fieri nō pōt vt mutuo demonstrent̄. Quare cū in demonstrationibus pauca talia sint: cōstat vanū esse ac impossibile demōstrationē ipsaꝫ mutuā esse cēsere: atqꝫ ob idipsuꝫ posse demr̄ationē oiuꝫ esse.

¶ At ꝟo nec hoc possibile est nisi in his quecūqꝫ alternatim se sequunt̄ sicut sunt ꝓpria. Vno

A quidẽ posito ostensum est q̃ nequaq̃ est aliqd esse alterũ. Dico aũt vno: q̃ neq̃ termino vno neq̃ ꝓpositione vna ꝓposita. Ex duabꝰ autem ꝓpositionibus primis et minimis contingit sic qdem syllogizare. Si qd igit et a. ipsi. b. et c. inhereat: et hec adinuicẽ: et ipsi. a. sic qdẽ cõtingit ex alterutris monstrare oia quesita in prima figura. Sicut ostensum est in his que de syllogismo sunt. Ostẽsum aũt est q̃ in alijs figuris aut nõ fit syllogismus: aut nõ de acceptis. Nõ autẽ equaliter predicãtia nequaq̃ est monstrare circulo.

B Quare qm̃ pauca huiusmodi demonstrationibus sunt: manifestũ est q̃ vanũ qdẽ est et impossibile sic dicere/ex his que sunt adinuicem esse demonstrationẽ: et propter hoc omniũ nõ contingit demonstrationem esse.

3ª ratio. Hec rõ est talis. Ponentes omnia posse sciri per demonstrationẽ: quia demonstratio est circularis: necesse habẽt dicere q̃ oia possunt demonstrari demonstratione circulari. et ita necesse habent dicere q̃ in demonstratione circulari ex conclusione possit cõcludi vtraq̃ premissarum. Hoc autem non fieri põt nisi in his que ad se inuicem conuertuntur: idest conuertibilia sunt: sicut ꝓpria. Sed non omnia sunt huiusmodi ergo vanũ est dicere q̃ omnia possunt demonstrari: ꝓpter hoc q̃ circularis est demonstratio. Qd aũt opz in demõstratione circulari oia esse cõuertibilia ſm positionem istorum pz: quia ostensum est in libro prioꝝ: q̃ vno posito nõ sequit ex necessitate aliud: nec vno posito termino: nec posita vna

C ꝓpositione tñ. Nam omnis syllogismus est ex tribus terminis et duabus ꝓpositionibus ad minus. Opz ergo accipere tres terminos ꝯuertibiles in demonstratione circulari. s. a. b. c. ita q̃ a. insit omni. b. et omni. c. et hec. s. b. et c. inhereant sibiĩnuicem. ita q̃ omne. b. sit. c. et omne. c. sit. b. et iterum hec insint ipsi. a. ita q̃ omne. a. sit. b. et omne. a. sit. c. Et ita se habẽtibus terminis contingit monstrare in prima figura ex alteratris. idest circulariter: omnia quesita. idest cõclusionem ex duabus premissis: et vtrãlibet premissarum ex cõclusione et altera premissarum cõuersa: sicut ostensum est in his que sunt de syllogismo in libro prioꝝ: in quo agitur de syllo simpliciter. Qd sic pz. Sumant tres termini conuertibiles. s. risibile: aial rõnale mortale: et homo. Et syllogizet sic. Omne aial rõnale mortale est risibile. Omnis homo est aial rõnale mortale. Ergo omnis homo est risibilis. Et ex conclusione põt iterũ concludi tam maior q̃ minor. Maior sic. Ois homo est risibilis. Omne aial rõnale mortale est hõ. Ergo omne aial rõnale mortale est risibile. Minor sic. Omne risibile est aial rationale mortale. Omnis homo est risibilis. ergo omnis homo est aial rõnale mortale. Ostensum est aũt in libro priorum: q̃ in alijs figuris a p̃ma. s. in scda et tertia: aut nõ fit circularis syllogismus. s. per quem ex conclusione possit syllogizari vtraq̃ premissarũ. aut si fiat nõ erit ex acceptis: sed ex alijs ꝓpositionibus que non sumuntur in primo syllogismo. Qd sic pz. In scda figura non est conclusio

D nisi negatiua. vñ opz alteram premissarum esse negatiuam: et alteram affirmatiuam. Non enim ex duabus negatiuis potest aliquid cõcludi: nec ex duabus affirmatiuis põt cõcludi negatiua. Non est ergo possibile q̃ ex conclusione et premissa negatiua concludatur affirmatiua. Si ergo affirmatiua debet probari: opz q̃ per alias ꝓpositiones probet. que nõ sunt sumpte. Similiter in tertia figura nõ est conclusio nisi particularis: oportet autem alteram premissarum ad minus esse vlem. Si aũt in p̃missis sit aliqua particularis: nõ potest

E cõcludi vlis. Unde nõ põt esse q̃ in tertia figura ex cõclusione syllogizet vtralibet premissarum. Et eadem rõne apparet q̃ nec in p̃ma figura talis circularis syllogismus potest fieri: per quẽ vtraq̃ premissarum cõcludat: nisi in p̃mo mõ: in quo solo cõcluditur vlis affirmatiua. Nec etiam in hoc mõ potest fieri talis syllogismus circularis per quẽ vtraq̃ premissarũ cõcludatur: nisi sumant tres termini equales: idest conuertibiles. Qd pz ex hoc. Opz enim ex cõclusione et altera premissarum conuersa concludere reliquã: sicut dictum est. Nõ põt aũt vtraq̃ premissarum cõuerti: cum vtraq̃ sit vlis affirmatiua: nisi in terminis cõuertibilibus.

Cum autem fieri nequeat vt id aliter sese habeat cuius est absolute scientia: id necessarium est profecto qd demonstratiua sciri scientia potest: atq̃ ea est demonstratiua scientia quã habemus demonstrationem habendo. Est ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio. Sumendum est igitur ex quibus qualibusue demõstrationes conficiuntur.

F

Tex. c. 7. Qm̃ aũt impossibile est aliter se habere illud cuius est scientia simplr: necessarium vtiq̃ erit id scibile qd est ſm demonstratiuam scientiam. Demonstratiua aũt est quã habemus in habẽdo demonstrationem: ex necessarijs itaq̃ syllo est demonstratio. Accipiẽdũ igit ex quibus et qualibus demonstrationes fiũt.

Tex. c. 8. Lec. IX.

Postq̃ Phs ostendit quid sit syllogismus demonstratiuus. In parte ista incipit ostendere ex quibus et qualibus fit. Et circa hoc tria facit. Primo cõtinuat se ad precedentia. Secundo determinat quedã que sunt necessaria ad precognoscendũ. ibi [Primo aũt determinabimꝰ.] Tertio determinat ꝓpositum. s. ex quibus fit syllogismꝰ demonstratiuus. ibi [Si igitur est demonstratiua.] Dicit ergo

Lec. 4ª. G p̃mo q̃ quia dictum est supra q̃ impossibile est aliter se habere in diffinitione eius qd est scire: necessarium erit id qd scitur ſm demonstrationem esse necessarium. Quid autem sit quod est ſm demonstrationem scire: exponit et dicit q̃ demonstratiua scientia est quam habemus in habendo per demonstrationem. idest quam acquirimus ex demonstratiõe: et sic habetur q̃ demonstrationis conclusio sit necessaria. Cuius autem necessarium possit syllogizari ex contingentibus: nõ tamen de necessario põt haberi scientia per mediũ contingens: vt infra probabitur: et quia conclusio demõstrationis nõ solũ est necessaria: sed etiã p demõstrationẽ scita.

Lec. 13. vt dictũ est: sequit q̃ syllo demõstratiuus sit ex necessarijs: et ideo accipiendũ est ex qbus necessarijs et qualibus sint demonstrationes. Deinde cum dicit.

Atq̃ primo determinemus qd de omni: qd per se: quid vniuersaliter dicimus.

Primum aũt determinabimus qd dicimus de omni: et quid per se: et quid vniuersale.

H Interponit ea que sunt preintelligenda ad precognoscendum de qbus tractaturus est. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio. et dicit q̃ anteq̃ determinetur in speciali ex qbus et qualibus est demonstratio. p̃mo determinandum est qd intelligimus cum dicimus de omni: et per se: et vniuersale. Cognoscere enim ista est necessarium ad sciendum ex qbus est demonstratio. Hoc nãq̃ opz obseruari in

demonstrationibus. Oportet enim in ppositionibus demõstrationis aliquid vniuersaliter predicari: qđ significat dici de omni: & per se: & primo quidem significat vle. Hec autez tria ex additione se habent adinuicem. Nam omne qđ per se predicatur: predicatur vniuersalr: & nõ econuerso. Similr qđ pmo predicaĩ: predicaĩ per se: sed nõ cõuertiĩ. vnde etiã apparet ratio ordinis istorũ. Differentia etiam & numerus istoꝝ trium apparet ex hoc ꝙ aliquid predicari dicitur de omni siue vniuersalr: per cõparationẽ ad ea que cõtinentur sub subiecto. Tunc enim diciĩ aliquid de omni: vt habetur in libro prioꝝ: qñ nihil est sumere sub subiecto de quo predicatũ nõ dicatur. p se aũt dĩ aliquid pdicari per cõparationem ad ipsuz subiectũ: qꝛ poniĩ in eius diffõne vel ecõuerso: vt infra patebit. Pͣo Ꝟo dĩ aliqđ predicari de altero p cõparationẽ ad ea que sunt priora subiecto cõtinẽtia ipsuz Nã habere tres angulos nõ pdicaĩ pmo de isocheleꝫ: qꝛ pus predicaĩ de priore. s. de triangulo. ¶ Scđo ibi.

¶ Id itaqꝫ de oi dicimꝰ qđ nõ cuidã inest: cuidã nõ inest: nec iterdũ cõpetit: interdũ nõ cõpetit: nã si aĩal oi de hoie dĩ: si veꝝ est hũc dicere hominẽ: verũ est eũ & aĩal dicere. Ac si nũc verũ est & alterũ dicere: verũ est & alterũ dicere. Et si in omni linea punctũ inest: similiter.

¶ De oi qdẽ h dico qđ vtiqꝫ est nõ in quodam qdẽ sic: in quodã aũt nõ: neqꝫ aliqñ qdẽ sic: aliqñ Ꝟo nõ: vt de oi hoie aĩal. Si. n. verũ est dicere hoiez. veꝝ est dicere aĩal: & si alterũ & alterũ. Et si in oi linea punctum: similiter inest.

¶ Determinat ppositũ. Et diuidiĩ in tres. Primo ostendit qd sit. dici de oi. Scđo qd sit dici p se. ibi [Per se aũt.] Tertio qd sit vle. ibi [Uniuersale aũt dico.] Circa pᵐ duo facit. Primo dicit qd sit dici de oi. Ad hoc sciẽdũ est ꝙ dici de oi put hic sumiĩ addit supra dici de oi put sumiĩ in libro prioꝝ. Nam in libro pꝫ sumiĩ dici de omni cõiter: put vtiĩ eo dialecticus & demonstrator. Et ideo non plus ponitur in diffinitione eius qꝫ ꝙ predicatũ insit cuilibet eoꝝ q̃ cõtinẽtur sub subiecto. Hoc aũt cõtingit vel vt nũc: & sic vtiĩ qñqꝫ dici de oi dialecticus: vel simpliciter & sm oẽ tẽpus. & sic solum vtiĩ eo demõstrator. Et ideo in diffõne dici de oi duo ponit. quorũ vnũ est vt nihil sit sumere sub subiecto cui predicatũ nõ insit. Et hoc significat cum dicit. [Nõ in quodez qdem sic: in quodã aũt nõ.] Aliud est ꝙ nõ sit accipere aliqđ tps in quo predicatũ nõ cõueniat. Et hoc designat cum dicit [Nõ aliqñ sic: aliqñ nõ.] Et ponit exemplũ. Sicut de oi hoie predicatur aĩal & de quocũqꝫ verum est dicere ꝙ sit hõ: verũ est dicere ꝙ sit aĩal. & qñcunqꝫ est hõ: est aĩal. Et similiter se habet de linea & de puncto. Nam punctum est in linea qualibet & semper. Scđo ibi.

¶ Atqꝫ huius signũ est id qđ facimꝰ. Hoc. n. pacto solemꝰ iſtiationes afferre cũ iterrogamur de oi: si de aliquo nõ dicaĩ: aut si iterdũ nõ isit.


¶ Signũ aũt est: nãqꝫ instãtias sic pferimꝰ: sic de oi iterrogãti: aut si in qdã nõ: aut si aliqñ nõ.

¶ Manifestat positam diffinitionez per signum ab instantijs sumptũ. Nõ enim infertur instantia circa vniuersalem propositionẽ: nisi qꝛ deficit aliqđ eorũ qđ per eam significatur. Cũ aũt interrogamur an aliqđ prediceĩ de oi in demonstratione. Tunc dupliciter ferimus istãtias: vel quia in quodam eorum que continentur sub subiecto nõ est verum: vel quia aliquando non est verum. Unde manifestũ est ꝙ dici de omni vtrũqꝫ eorum significat.


¶ Per se aũt dicimꝰ ea q̃ sunt in rõne qd est dicẽte: aut triãgulo linea: & linea punctũ iest. Ex his. n. ipsorũ suba cõstat: & hec isũt in rõne qd est dicẽte. Et itẽ ea quoꝝ in rõne q̃ qd est patefacit: ea ipsa sũt qbus isũt: quo pacto linee qdẽ rectũ & curuũ inest: numero Ꝟo par atqꝫ ipar: primũ atqꝫ cõpositũ: figura deniqꝫ lateꝝ eqliũ ac altera pte lõgior. Atqꝫ in hoꝝ qdẽ definitiõe numerus: in illoꝝ aũt linea inest. Que igiĩ aut illo: aut hoc insunt mõ: per se cuiqꝫ cõpetere dico. Que Ꝟo neutro mõ cõpetũt accidẽtia: quẽadmodũ cõpetit aĩali musicum aut album.

¶ Per se aũt sũt quecũqꝫ sunt in eo qđ qd est: vt triãgulo iest linea: & in linea pũctũ: suba eni ipsoꝝ ex his est: & q̃ insunt in rõne dicẽti qd est.


Isocheles seu equicrus habens duo latera equalia tm̃



Equilaterus seu Isopleuros habens tria latera equalia.



Scalenon seu gradatus habens tria latera inequalia.



Et qbuscunqꝫ eorum que insũt ipsis ipsa in rõne insunt qd est demõstrãti. Ut rectũ iest linee: & circulare. Et impar & par numero. Et pmũ cõpositũ & isopleuros qđ ẽ equilaterũ: & scalenon id est altera parte longius: que in omnibus his i sunt in ratione qd est dicẽti. Huic qdẽ linea: huic Ꝟo numerꝰ. Silr & i alijs huiusmodi

vnicuiqȝ per se esse dico. Quecunqȝ vo neutraliter insunt: accidentia sunt: vt musicum: aut album animal.

Lectio. X.

Postq̃ determinauit phs de dici de omni. Hic determinat de per se. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit quot modis dicit̃ aliqd per se. Scdo ostendit qualr his modis demonstrator vtat̃. ibi [Que ḡ dicunt̃.] Circa p^m sciēdū ꝙ hec prepositio per. designat habitudinē cause: designat etiā īterdū ꝛ situ: sicut dr̃ esse aliqs p se: qñ est solitari^9. Cause aūt habitudinē designat aliqñ qdeȝ formalis: sicut dr̃ ꝙ corpus viuit p aiam. Qñqȝ autē habitudinē cause materialis: sicut dr̃: ꝙ corpus est coloratū per superficieȝ: qr. s. p̄priū subiectū coloris est supficies. Designat etiaȝ habitudineȝ cause extrinsece: ꝛ precipue efficiētis: sicut cū dr̃ ꝙ aqua calescit per ignē. Sicut aūt hec prepositio per. designat habitudinē cause: qñ aliqd extrinsecum est causa eius qd attribuit̃ subiecto. ita qñ subiectū vel aliqd eius: est causa ei^9: qd attribuit̃ ei: ꝛ hoc significat per se. ¶ Primus ergo modus dicendi per se est quando id qd attribuit̃ alicui pertinet ad formā eius: ꝛ qr diffinitio significat formā ꝛ essentiā rei. Primus modus eius qd est per se: est qñ predicat̃ diffinitio de aliquo diffinito: vel aliqd in diffinitione positum. Et hoc est qd dicit ꝙ per se sunt quecūqȝ insunt: in eo qd qd est. idest in diffinitione indicāte quid est: siue ponat̃ in recto: siue in obliquo. Sicut in diffinitione trianguli ponit̃ linea. vñ linea per se inest triangulo. Et similr̃ in diffinitione linee ponitur punctum. vñ punctū per se inest linee. Rationem aūt quare ista ponant̃ in diffinitione subiungit dicens. [Substātia aūt.] idest essentia quaȝ significat diffinitio ipsorū. idest triāguli ꝛ linee: est ex his. s. ex linea ꝛ punctis. Qd non est intelligendum ꝙ linea ex punctis componatur: sed ꝙ punctū sit de ratione linee: sicut linea de ratione trianguli. Et hec dicit ad excludendum ea que sunt partes materie: ꝛ non speciei. que non ponunt̃ in diffinitione: sicut semicirculus non ponitur in diffinitione circuli: nec digitus in diffinitione hoīs: vt dicitur 7° metaphysice. Et subiungit ꝙ quecunqȝ vniuersaliter insunt in rōne dicente qd est per se: attribuuntur alicui. ¶ Scd̃s modus dicendi per se est qñ hec prepositio p. designat habitudinē cause materialis: prout. s. id cui aliqd attribuitur est ꝑpria mā ꝛ ꝑpriuȝ subiectū ipsius. Oportet aūt ꝙ ꝑpriū subiectum ponat̃ in diffinitione accidentis: qñqȝ quideȝ in obliquo: sicut qñ accidens in abstracto diffinitur. cum dicimus ꝙ simitas est curuitas nasi. Qñqȝ vo in recto vt cum accidens diffinit̃ in cōcreto: vt cuȝ dicimus ꝙ sim^9 est nasus curuus. Cuius qdē rō est ꝙ cum esse accidētis dependeat a subiecto: opȝ etiam ꝙ diffinitio eius significans esse eius cōtineat in se subiectū. Unde scd̃s modus dicendi per se est qñ subiectum ponitur in diffinitione predicati: qd est ꝑpriū accidens eius. Et hoc est qd dicit [ꝛ per se dicunt̃ quecūqȝ eoꝝ.] idest de numero eorū [que insunt ipsis.] idest subiectis accidentiū: ꝛ ipsa subiecta insunt in rōne demonstranti qd est ipsuȝ accidēs. i. in diffinitione accidentis. Sicut rectū ꝛ circulare insunt linee per se. Nam linea ponitur in diffinitione eorum. Et eadem rōne par ꝛ impar per se insunt numero: qr numerus in eoꝝ diffinitione ponit̃. Nam par est numerus mediuȝ habens. Et similr̃ primū ꝛ cōpositū per se predicant̃ de numero, ꝛ numerus in diffōne eoꝝ ponit̃. Est enim p̄mū in numeris. numerus qui nullo numero alio mensuratur: sed sola vnitate: vt binarius. Cōpositus aūt est numerus: quem etiam alius numerus mensurat: sicut nouenarius. Et silr̃ isopleurus. idest equilaterus: ꝛ scalenon. idest triū inequaliū laterū: ꝛ altera parte longius: per se insunt triangulo: ꝛ triangulus in diffinitione eoꝝ ponit̃. Et sō subiungit ꝙ oīa subiecta aut insunt oībus premissis accidentibus in rōne dicente quid est. idest in diffinitione: sicut alicui predictoꝝ accidentiuȝ inest linea: alicui vo numerus. ꝛ similr̃ in alijs. vnicuiqȝ inq̃ ipsorū subiectoꝝ: per se inesse dico suum accidens. Que vo predicata neutraliter insunt. idest neqȝ ita ꝙ ponant̃ in diffinitiōe subiectoꝝ: neqȝ subiecta in diffinitione eorum: sunt accidentia. idest per accidens predicant̃. Sicut musicum ꝛ album predicant̃ per accidēs de animali. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea id per se dicim^9 qd non de subiecto alio dicit̃ vllo. Ambulans enim aliquid aliud est. qd ambulans est atqȝ album. At substantia ꝛ quecūqȝ hoc aliquid significāt nō sunt aliud q̄ȝ id qd sunt. Ea igitur que de subiecto non dicuntur per se: ea vo que de subiecto dicuntur: accidentia dico.

¶ Amplius qd nō de subiecto dicitur alio quodā: vt ambulans: cū alterū quodā sit ambulās ꝛ albuȝ. Subiecta aūt ꝛ quecūqȝ hoc aliqd significāt: nō alteꝝ aliqd sunt qd vere sunt. Que quidem igitur nō de subiecto sunt: per se dico. Que vo de subiecto: accidentia.

¶ Ponit alium modū eius qd est per se: prout per se significat aliquid solitariuȝ sicut dr̃ ꝙ per se est aliqd particulare: qd est in genere substantie: qd non predicat̃ de aliquo subiecto. Et huius ratio est: quia cum dico ambulans vel album: non significo album vel ambulans: quasi per se aliquid solitarium existens cuȝ intelligatur aliquid aliud esse qd sit ambulans vel album. Sed in his que significant hoc aliquid. s. in primis substantijs hoc nō contingit. Cum enim dicit̃ sortes vel plato: nō intelligitur ꝙ sit aliquid alterū q̄ȝ id quod vere ipsa sunt: qd. s. sit subiectum eorum. Sic igitur hoc mō que non predicantur de subiecto: sunt per se: que vo dicunt̃ de subiecto: sicut in subiecto existentia: accidentia sunt. Naȝ que dicuntur de subiecto sicut vniuersalia de inferioribus: non semper accidentia sunt. ¶ Sciendum est autē ꝙ iste modus nō est modus predicandi: sed modus existendi. Uñ etiam in principio dixit. per se sunt: ꝛ non per se dicuntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Insuper alio mō id quidē per se dicimus qd vnicuiqȝ competit ob ipsum: id autē qd hanc conditionem egreditur: accidens. Ueluti si ambulante quopiam coruscauerit: id accidens dicimus. Non enim ob idipsum coruscauerit qr ambulauerit: sed id dicimus accidisse. At cum iugularetur quispiam mortem obierit iugulatione: id per se dicimus. Ob idipsum enīȝ qr iugulabatur mortuus est: sed non accidit cū cū iugularetur mortem oppetijsse.

¶ Item alio mō qd qdē ꝑꝑ ipsuȝ inest vnicuiqȝ per se: qd vo nō ꝑpter ipsum: accidens est. Ut si ambulante coruscauit: accidens est. Nō eniȝ ꝑpter id ꝙ ambulat: coruscauit: sed qd accñs est dicimus hoc. Si vo ꝑpter ipsum: de se est: Ut si aliquod interfectum interierit s̃m interfectionem: qm̃ propter id qd interfectum est: sed non ꝙ accidat interfectum interire.

Margin notes: B, C, D, E, F, G, H; "Vide in anno." (F); "Tex. c. 35." (C); "Primus in numeris qd. Numerus cōpositus quid." (D); "Vide in annot." (H)

I ¶ Ponit quartũ modũ ſm quẽ hec prepoſitio per. deſignat habitudinẽ cauſe efficientis vel cuiuſcũqz alterius. Et ideo dicit: ꝙ quicqd ineſt vnicuiqz per ſeipſum: per ſe dicitur de eo: qḋ vo non per ſeipſum ineſt alicui: per accidens dicitur. Sicut cum dico hoc ambulante coruſcat. Nõ enim ꝓpter id qḋ ambulat coruſcauit: ſed hoc dicit̃ ſm accidẽs. Si vo qḋ predicat̃ inſit ſubiecto per ſeipſuz: per ſe ineſt: vt ſi dicamus ꝙ interfectũ interijt. Manifeſtũ eſt enim ꝙ ꝓpter id qḋ illud interfectum eſt interijt: ꝛ nõ eſt accidens ꝙ interfectus interierat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que igit̃ in hiſce que ſub ſciaz ſimpliciter cadunt per ſe dicunt̃: vel eo pacto vt ſint in p̄dicatis ſubiecta: vel eo rurſus vt ipſa ſint in ſubiectis ea ob ipſa ꝛ neceſſario ſũt. Nã fieri nõ põt vt nõ cõpetant aut ſimplr̃: aut oppoſita: veluti

K lince rectum aut obliquum: ꝛ numero par aut impar. Eſt enim cõtrariũz: aut priuatio: aut cõtradictio: genere in eodez: ceu par eſt id qḋ eſt non impar in numeris vbi ſequitur. Quare ſi neceſſe eſt affirmare aut negare: neceſſe eſt ꝛ ea que per ſe inſunt competere.

Tex. c. 10. Vide in annot. Vide in annot.

¶ Que ergo dicuntur in ſimpliciter ſcibilib9 p ſe: ſic ſunt ſicut in eſſe predicantibus: aut ineſſe ꝑꝑ ipſa: que ſunt ex neceſſitate. Nõ eniz ꝯtingũt nõ ineſſe: aut ſimpliciter aut oppoſita: vt linee aut rectum aut obliquũ: ꝛ numero par aut impar. Eſt eniz cõtrariũ: aut priuatio: aut ꝯtradictio in eodẽ genere: vt par vel impar in numeris ſm ꝙ ſequit̃. Quare ſi neceſſe eſt affirmare

L aut negare: neceſſe eſt ꝛ que ſunt ꝑ ſe: ineſſe.

¶ Oſtendit qualiter vtatur predictis modis demonſtrator. Ubi notandũ eſt ꝙ cum ſcientia ſit cõcluſionuz: intellectus autẽ p̄ncipioꝝ. ꝓprie ſcibilia dicuntur ꝯcluſiones demonſtrationis in quibus paſſiones predicant̃ de proprijs ſubiectis. Propria aũt ſubiecta non ſolum ponunt̃ in diffinitione accidentiũ: ſed etiã ſunt cauſe eorũ. Unde ꝯcluſiones demõſtrationũ includũt duplicem modũ dicendi ꝑ ſe. ſ. 2m ꝛ 4m. Et hoc eſt qḋ dicit ꝙ illa que predicant̃ in ſimpliciter ſcibilibus. hoc eſt in cõcluſionibus demonſtrationũ: ſic ſunt per ſe. ſicut ineſſe predicantibus. ideſt ſicut qñ ſubiecta inſunt in diffinitione accidentium que de eis predicantur. Aut ineſſe ꝓpter ipſa: ideſt qñ predicata inſunt ſubiecto ꝓpter ipſum ſubiectuz qḋ eſt cauſa predicati. Et cõſequenter oſtendit ꝙ huiuſ ſcibilia ſint neceſſaria: qꝛ nõ cõtingit quin ꝓpriũ accidens predicet̃ de ſubiecto. Sed hoc eſt duob9 modis. Quandoqz qdẽ ſimpliciter. ſicut cum vnũ accidens cõuertit̃ cum ſubiecto. vt hr̃e tres cum triangulo. ꝛ riſibile cũ hoĩe. Quandoqz autez duo oppoſita ſub diſiunctione accepta ex neceſſitate

M ſubiecto inſunt. vt linee aut rectum aut obliquuz. ꝛ numero par aut impar. Cuius rõnẽ oſtendit. Quia cõtrarium priuatio: ꝛ contradictio ſunt in eodez genere. Nam priuatio nihil aliud eſt ꝙ̃ negatio in ſubiecto determinato. Quandoqz etiã ꝯtrarium equiparatur negationi in aliquo genere. Sicut in numeris idem eſt impar quod non par ſm conſequentiam. Sicut ergo neceſſe eſt affirmare vel negare: ita neceſſe eſt alterum eorum que per ſe inſunt: proprio ineſſe ſubiecto. ¶ Deinde epilogat dicens.

¶ Id igitur qḋ de omni ꝛ id qḋ per ſe dicimus hoc ſit modo determinatum.

N ¶ De omni quidem igitur ꝛ per ſe determinatum ſit hoc modo.

¶ Quod eſt planum.

¶ Uniuerſaliter autẽ id cõpetere dico: qḋ de oĩ dicitur. ꝛ ꝑ ſe: atqz hoc plane quo ipſum eſt.

¶ Uniuerſale autem dico qḋ cum de omni ſit: ꝛ per ſe ꝛ ſm ꝙ ipſum eſt. ¶ Lec. XI.

Poſtꝙ̃ p̄hs determinauit de omni ꝛ ꝑ ſe. hic determinat de vli. Et diuidit̃ in duas ptes. In p̄ma oſtẽdit qd ſit vle. In ſecũda quo modo in acceptione vniuerſalis contingit errare. ibi. Oportet autẽ nõ latere. Circa p̄mũ duo facit. Primo oſtendit qd ſit vniuerſale. Scḋo oſtendit quo modo vniuerſali vtatur demõſtrator. ibi. Demonſtratio aũt per ſe. Circa p̄mũ duo facit. Primo oſtendit ꝙ vle contineet in ſe ꝛ dici de omni ꝛ per ſe. Secundo oſtendit qd ſupra ea addit. ibi. Uniuerſale aũt. ¶ Ad euidentiam aũt eoꝝ que hic dicunt̃ ſciendũ eſt ꝙ vle nõ hoc modo accipit̃ prout omne qḋ predicat̃ de pluribus dĩ vle. ſꝫ ꝙ Porphyrius determinat de quinqz vniuerſalibus: ſed dĩ hic vle ſm quandã adaptationẽ vel adequationẽ predicati ad ſubꝫ: cũ ſcilꝫ neqz predicatum inuenit̃ extra ſubm: neqz ſubiectum ſine p̄dicato. ¶ His aũt viſis ſciendũ eſt ꝙ circa p̄mũ tria

O facit. Primo dicit ꝙ vle. ſ. predicatuz eſt etiam qḋ de omni eſt. i. vlr̃ predicat̃ de ſubo: ꝛ etiã ꝑ ſe. ſ. ineſt ei. ideſt cõuenit ſubiecto ſm ꝙ ipſum ſubiectũ eſt. Multa enim de aliquibus predicant̃ vlr̃ que nõ cõueniũt ei per ſe ꝛ ſm ꝙ ipſum eſt. Sicut omnis lapis coloratus eſt: non tñ ſm ꝙ lapis: ſed ſm ꝙ ipſum eſt ſuperficiem habens. ¶ Scḋo ibi.

¶ Patet igitur ea neceſſario rebus ineſſe: que ipſis vniuerſaliter competunt.

¶ Manifeſtum igitur eſt quecũqz ſunt vniuerſalia ex neceſſitate inſunt rebus.

P ¶ Infert qḋdaz corollarium ex dictis dicens. ꝙ ex quo vle eſt qḋ per ſe ineſt: que autẽ per ſe inſunt ex neceſſitate inſũt: vt ſupra oſtenſum eſt: manifeſtum eſt ꝙ vniuerſalia predicata (ꝑut hic ſumuntur) de neceſſitate inſunt rebus de quibus predicantur. ¶ Tertio ibi.

¶ Atqz per ſe ꝛ hoc quo ipſum eſt: eadẽ eſſe dico. veluti linee per ſe punctuz ineſt: rectumue: ea nãqz rõne qua linea eſt. Et triangulo: ꝙ tres anguli competunt duobus rectis equales: quo triangulus eſt. Per ſe enim triangulus duob9 rectis equales angulos habet.

¶ Per ſe autẽ ꝛ ſm ꝙ ipſuz eſt: idẽ eſt: vt per ſe linee ineſt punctũ ꝛ rectitudo: ꝛ nãqz ſm ꝙ linea eſt. Et triangulo ſm ꝙ eſt triãgulus duo recti. etenĩ ꝑ ſe triãgulus duob9 rectis eq̃lis eſt.

Q ¶ Ne aliquis crederet aliud eſſe qḋ in diffinitione vniuerſalis dixerat. per ſe, ꝛ ſm ꝙ ipſum eſt: oſtendit ꝙ per ſe ꝛ ſm ꝙ ipſum eſt: idem eſt. Sicut linee per ſe ineſt punctuz p̄mo modo ꝛ rectitudo ſecundo modo. nam vtraqz ineſt ei: ſm ꝙ linea eſt. Et ſimiliter triangulo ſm ꝙ triangulus eſt inſunt duo recti. ideſt quod valet duos rectos ꝙ per ſe triãgulo ineſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tunc autẽ quidpiam vniuerſaliter ineſt: cuz de quouis ꝛ primo oſtenditur.

¶ Uniuerſale autem eſt tunc cum in quolibet ꝛ primo demonſtratur.

¶ Oſtendit


A ¶ Ostendit quid addat vniuersale supra dici de omni et per se. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod tunc est vniuersale predicatum cum non solum in quolibet est de quo predicatur: sed et primo demonstratur inesse ei de quo predicatur. ¶ Secundo ibi.

¶ Velut equales duobus rectis hẽc: nõ vniuersaliter inest figure: et tñ de figura duorum rectorũ angulorũ equalitatẽ licet ostendere. Sed nõ de quauis figura: nec ostendẽs: figura quauis vtitur. Quadratum enim est quidem figura: nõ tñ hʒ tres angulos duobꝰ rectis equales. Hic etiã triangulus qui duorum est equalium laterum hʒ qdẽ quãuis duobus rectis eq̃les: sed nõ primus: sed triangulus prior. Qui igit̃ demõstrat̃ primus

B duobus rectis equales habere: vel q̃duis aliud: ei primo vniuersaliter competit.

¶ Ut duos rectos hẽre: neqʒ cuilibet figura inest vniuersaliter: et tñ est demõstrare de figura quod duos hʒ: sʒ nõ cuiuslibet figure est: neqʒ vtit̃ q̃libet figura demõstrans. Quadrãgulus enim figura qdẽ est: nõ aũt hʒ duobus rectis eq̃les. Sed isocheles hʒ qdẽ fortasse duobus rectis equales: sed nõ primum. Sed triãgulus prius. Cui igitur quodlibet primũ monstratur duos rectos habere: aut

Quadrangulus



C q̃cunqʒ aliud: huic primo inest vniuersale.

¶ Manifestat per exẽplum, dicẽs quod hẽre tres angulos equales duobus rectis nõ inest cuilibet figure vl̃r. sʒ hoc de figura demonstret̃: quia de triangulo demonstratur qui est figura: sed nõ cuilibet figure inest: nec demonstrator in sua demonstratione vtitur qualibet figura. Quadrãgulus enim figura est: sed nõ habet tres duobus rectis equales. Isocheles aũt. i. triangulus duorũ equaliũ laterũ habet qdem vl̃r tres angulos equales duobus rectis: sed non cõuenit primo Isocheli: sed prius triangulo: quia Isocheli ꝯuenit inquantũ est triangulus. Cui igit̃ p̃mo demõstrat̃ habere duos rectos aut q̃cũqʒ aliud huiusmodi. huic primo inest predicatũ vniuersaliter sicut triangulo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et demonstratio per se eius vl̃r est: ceterorũ

D vo quodã modo nõ per se: nec eius vniuersaliter est qui duorum est equalium laterũ: sed superat et ad plura sese extendit.

¶ Et demõstratio per se huius vl̃r est: aliorum autem quodã modo non per se: neqʒ isocheles non est vniuersaliter: sed frequentius.

¶ Ostendit qualiter demonstrator vniuersali vtatur. et dicit quod demõstratio est per se huius vl̃is: sed aliorũ quodã modo: et nõ per se. Demõstrator enim demõstrat passiones de pprio subiecto. et si demõstret de aliquo alio: hoc nõ est nisi inquãtum ptinet ad illud subiectũ. Sicut passionẽ trianguli pbat de figura et Isochele inquãtũ quedã figura triangulus est. et triangulus qdam isocheles est. Cui autem primo nõ inest isocheli habere tres: hoc non est quia non vniuersaliter p̃dicet̃ de eo: sed quia est frequentius: id est in pluribꝰ q̃ isocheles est. cum hoc cõmune sit omni triangulo.

¶ Oportet autem non latere errorem persepe

E fieri: et non esse id quod ostẽditur primũ vniuersale quemadmodum esse videtur.

¶ Oportet autem non latere q̃m multoties con-

T. c. 11. tingit peccare: et non esse qd̃ demonstratur primũ vniuersale s̃m quod videtur demõstrari vniuersale primum.

Lectio. XXII.

Postq̃ notificauit Aris. quid sit vl̃e. hic ostẽdit q̃uo in acceptiõe vniuersalis error ꝯtingat. Et circa hoc tria facit. Primo dicit quod aliquãdo circa hoc peccare contingit. Secũdo assignat quot modis. ibi [Oberramus.] Tertio dat documentũ q̃uo possit cognosci vtrum vniuersale acceptum sit vniuersale. ibi [Utrũ aũt s̃m quod.] Dicit ergo p̃mo quod ad hoc quod non accidat in demonstratione peccatũ. oportet non latere. quod multoties videtur demonstrari vniuersale qd̃ non demonstratur. ¶ Deinde cum dicit.

F

¶ Decipimur aũt hac deceptione: cũ aut p̃ter singulare vel singularia nihil est quod accipiat̃ superius: aut est qdem: sed nomine caret in diuersis specie rebus: aut est vt ps totũ id de quo demõstrat̃. Parti nãqʒ accõmodabit̃ qdẽ demõstratio: et de qualibet erit. Aut tamẽ nõ erit. huius primi vniuersaliter demonstratio. Atqʒ huiusce primi: vt hoc est demonstrationem dico: cum est primi vniuersaliter.

¶ Oberramus aũt hãc deceptionẽ: cum aut nil

Vide in mino. G sit accipere a superiori extra singulare q̃ singularia: aut si sit qdẽ: sed innoiatũ sit idifferẽtibus specie rebus: aut ꝯtingat esse sicut in parte totũ in quo monstratur. Eis enim que sunt in parte inest qdẽ demõstratio: et erit de oĩ: sʒ tñ non hꝰ primi vl̃r demonstratio. Dico enim primi s̃m quod est demonstratio cũ sit primi vniuersalis.

¶ Assignat modos quibus circa hoc errare cõtingit. Et circa hoc duo facit. Primo enumerat ipsos modos. dicens quod tripl̃r cõtingit decipi circa acceptionem vl̃is. Primo quidem cum nihil aliud sit accipere sub aliquo cõi cui primo cõpetat vl̃e. q̃ hoc singulare: cui incõuenienter assignat̃. Sicut si sensibile qd̃ p̃mo et per se inest aiali assignaret̃ vt vl̃e p̃mũ homini: nullo alio aiali existẽte. ¶ Unde notandũ quod singulare hic large accipit̃ pro quolibet inferiori. Sicut si spẽs dicat̃ esse singulare sub genere cõtentũ. Uel potest dici quod nõ est possibile inuenire aliqd̃ genus cuius vna tñ sit species. Ge-

H Nõ saluatur genus in vna tñ specie. T. c. 18. nus enim diuidit̃ in species per oppositas differẽtias. Opʒ autẽ si vnum ꝯtrariorum inuenit̃ in natura: et reliquũ inueniri. vt pʒ per Phm in 2ᵒ celi et mundi. et ideo si vna species inuenitur: inuenit̃ et alia. Una autẽ species diuidit̃ in diuersa indiuidua per diuisionem materie. Contingit autem totã materiã alicui speciei proportionatã sub vno indiuiduo cõprehendi: et tunc non est nisi vnum indiuiduum sub vna specie. Unde signanter de singulari mentionem facit. ¶ Secũdus modus est quando qdem est accipere sub aliquo cõmuni multa inferiora: sed tamen illud est commune innominatum qd̃ inuenitur in differentibꝰ specie. Sicut si animali nõ esset nomen impositum: et sensibile qd̃ est proprium animalis assignetur vt vniuersale primum his que sub animali cõtinentur: vel diuisim vel coniunctim. ¶ Tertius modus est quando id de quo demonstrat̃ aliquid vt vniuersale pri-

I mum se hȝ ad qȝ demonstrat̃ de eo sicut totū ad partē. Sicut si posse videre assignaretur animali vt vniuersale p̄mū. Non enim omne animal pōt videre. Inest aūt his que sunt in parte .i. que particulariter ꝛ non vl'r alicui subiecto conueniunt (demonstratio) .i. ꝙ demonstrari possunt: ꝛ erit demōstratio de oīnō tñ respectu eius qȝ demonstrat̃. Posse eniȝ videre demonstrat̃ quidē de aliquo vl'r: non tñ de animali vl'r: sicut de eo cui p̄mo inest. Et exponit qd sit primum fm ꝙ demonstratio fertur qȝ est vniuersale primū. ¶ 2° ibi.

¶ Si igit̃ quispiā ostenderit rectas duas lineas nō ꝯcurrere iter quas eadē in parte sunt anguli recti: recta ex linea secante: illas oborti huius ex eo demonstratio ꝓprie videbit̃ esse: q2 sic est in omnibus angulis rectis. Veruȝ non est: qppe

K cū id fiat non ex eo quia sic sint illi anguli duobus rectis equales: sed ex eo quia quouis modo duobus equales sint rectis.

Vide in armo. ¶ Si igitur aliquis demonstrabit ꝙ recte linee nō intercidant: videbitur vtiqȝ huiusmodi esse demonstratio: propter id qȝ inest rectis. Non autem est: nisi ꝙ quoniam sic equales sint fiat hoc: sed aut in quolibet equales.

¶ Subiungit exēpla ad p̄dictos modos. Et primo ad tertiū dicēs: ꝙ si qs demōstret de lineis rectis ꝙ non intercidant .i. non ꝯcurrant: videbitur hȝ esse demonstratio .s. vniuersalis primi. ꝓpter hoc ꝙ non cōcurrere inest aliquibus lineis rectis. Non aūt ita ꝙ hoc fiat nisi linee recte sint eq̄les .i. eque distātes. Sed si linee fuerint equales .i. eque distātes tūc nō

L cōcurrere ꝯuenit eis in quolibet: quia vl'r verum est ꝙ linee recte eque distātes: etiam si in infinitum protrahant̃: in neutram partem concurrent. ¶ Secundo ibi.

¶ Et si nullus alius esset triāgulus q̄ hisce qui duorum est equalium laterum: huic vt duoruȝ est equalium lateruȝ angulos equales duobus rectis habere competere videtur.

Tex. c. 13. ¶ Et si triangulus non esset aliud q̄ isocheles: fm ꝙ est isocheles videretur vtiqȝ esse.

M ¶ Ponit exemplum ad primū modum dicens: ꝙ si nō esset alius triangulus q̄ isocheles qui vere est triangulus duorū equaliuȝ laterū: qȝ est trianguli inquantū hȝ: videretur esse isochelis: fm ꝙ est isocheles: nec tñ hoc esset verū. ¶ 3° ibi.

¶ Et similitudo rationū mutato ordine: numeris: vt numeri sunt. lineis: vt linee. solidis: vt solida. tēporibus deniqȝ: vt tēpora videt̃ cōpetere: queadmodū seorsum olim ostēdebat̃. Qȝ tamē vna demonstratione de oībus demōstrari potest. Sed q2 non sunt quidpiā vnū hec oīa nomine vocitatum: numeri inquam: longitudines: tempora: solidaqȝ: atqȝ differūt iter se specie: ideo sumebantur seorsum.

¶ Et proportionale quod ꝛ cōmutabiliter est: fm ꝙ numeri sunt: ꝛ fm ꝙ linee: ꝛ fȝ ꝙ firma: ꝛ fm ꝙ tempora sunt: queadmodum ꝛ demōstratum est aliquando seorsum contingēs esse de omnibus vna demonstratione monstrari. Sed propter id qȝ non est denominatum aliquid in quo omnia hec vnum sunt: numeri lōgitudines tempora ꝛ firma ꝛ specie: differētia seorsum adinuicem accepta sunt. Non autem

N vniuersale monstratur. Non enim fm ꝙ linee sunt: aut fm ꝙ numeri inerat: sed fȝ ꝙ hoc est: quod vniuersale ponunt esse.

¶ Exemplificat de modo 2°. Et videtur hoc vltimo ponere: q2 circa hoc diuturni° imoratur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit exēplum. Secundo inducit qȝdam corollariū ex dictis. ibi [Propter hoc nec si aliqs.] Tertio assignat rōnem dictorū. ibi [Quādo igit̃ nouit.] Circa primū sciendū est ꝙ ꝓportio est habitudo quātitatis vnius ad alterā. sicut sex ad tria se habēt in ꝓportione dupla. Proportionalitas est collectio duarū ꝓportionum que si sint disiuncte habēt quatuor terminos. vt hic. sicut se habēt q̄tuor ad duo. ita sex ad tria. Si vero sint cōiuncte habent tres terminos. nā vno vtitur vt duob°: vt hic: sicut se habent octo ad quatuor. ita quatuor ad duo. Patet ergo ꝙ in proportione duo termini se habent vt antecedētia: duo vero vt ꝯsequentia: vt hic. sicut se habent q̄tuor ad duo: ita se habent sex ad tria: sex ꝛ quatuor sunt antecedentia. duo vero ꝛ tria sunt ꝯñtia. Permutata ergo ꝓportio est qñ añtia inuicē ꝯferunt̃ ꝛ ꝯñtia silr: vt si dicā: sicut se habent quatuor ad duo: ita se habēt sex ad tria: ergo sicut se habent quatuor ad sex: ita se habent duo ad tria. ¶ Dicit ergo ꝙ eē ꝓportionale cōmutabilr ꝯuenit lineis ꝛ numeris ꝛ firmis .i. corporibus ꝛ tēporibus. Sicut aūt de singulis determinatū est aliquādo seorsum: de numeris qdem in arithmetica: de lineis ꝛ firmis in geometria: de tēporibus in naturali phīa vel astrologia: ita ꝯtingens est ꝙ de oībus p̄dictis cōmutatim proportionari vna demōstratione demonstretur.

Proportio quid. Proportionalitas quid.

O Sed ideo cōmutatim ꝓportionari de singulis hoꝝ seorsuȝ demonstratur: q2 non est nominatū illud cōe in quo oīa ista sunt vnum. Et si enim quātitas oībus his cōis est: tñ sub se ꝛ alia p̄ter hec cōprehendit: sicut orōnem ꝛ quedā que sūt q̄titates per accidens. Vel melius dicendū ꝙ cōmutatiȝ ꝓportionari q̄titati nō cōuenit inquātum est quātitas: sed inquātum est cōparata alteri quātitati fm proportionalitatē quādam. Et ideo dixerat etiā in p̄ncipio ꝓportionale esse qȝ cōmutabiliter est. Oībus autem istis inquantū sunt ꝓportionalia nō est nomē cōe positū. Cū aūt demonstrat̃ cōmutatim ꝓportionari de singulis p̄dictorum diuisim nō demon-

P stratur vniuersale. Non enim cōmutatiȝ ꝓportionari inest numeris ꝛ lineis fm ꝙ hȝ. Sed fm qȝdaȝ cōmune. Demōstrantes autē de lineis seorsum vel de numeris ponun: hoc qȝ est cōmutabilr ꝓportionari esse quasi qȝdam vniuersale predicatuȝ linee fm ꝙ linea est: aut numero fm ꝙ numerus. ¶ Deinde cum dicit.

Q ¶ Nunc autem vl'r demonstratur. Non eniȝ hisce competit: vt linee sunt: vel vti numeri: fȝ vt hoc: qȝ quideȝ vniuersaliter his inesse cunctis supponitur. Quocirca si quis vnumquēqȝ triāgulum: eum inquam qui ex equalibus laterib° omnibus: ꝛ eum qui ex vniuersis inequalibus constat: ꝛ iteȝ eum qui duorum est equaliū laterum: aut vna aut alia seorsum demonstratiōe tres equales duobus rectis ostenderit: nonduȝ his profecto trianguluȝ scit duobus rectis eq̄les habere: nisi eo sciendi modo quem ipsi suo more profitentur sophyste. Neque de triangulo vniuersaliter id percipit: ꝛ si nullus alius

pnter

A preter istos triāgulus est. Nō eni id istis vt triā guli sūt: nec oī triāgulo rōne forme sed numeri inesse cognouit: tā ꝛ si nullus triāgulus est: quē ipse ꝛ nō scit equales duobus rectis habere.

❡ Propter h̄ neqꝫ si aliqs monstret vnūquēqꝫ triāgulū demōstratione: aut vna aut altera qd̄ duos rectos hꝫ vnūquodqꝫ: isopleuros id est isochceles seorsum: ꝛ scalenon id est gradatuꝫ: nondū cognouit triangulū ꝙ duos rectos hꝫ: nisi sophystico modo: neqꝫ vniuersale triāguli: neqꝫ si nullus est p̄ter h̄ triāgulus alter. Non eni ſm ꝙ triāgulus est cognouit: neqꝫ oēꝫ triāgulū: sed ſm numeꝝ. Scd̄m speciem aūt: non B omnem: ꝛ si nullus est quem non nouit.

❡ Inducit qddam corollariū ex dictis. ꝛ dicit ꝙ eadeꝫ ratione qua non demonstratur vniuersale cuꝫ de singulis speciebus demonstratur aliquid qd̄ est vniuersale p̄dicatum communis innominati: nec etiā demonstrat̃ vniuersale predicto modo: si sit cōe nomen positum. Sicut si aliqs eadeꝫ demōstratione ostēdat aut demōstret de vnaquaqꝫ specie triāguli ꝙ hꝫ tres angulos equales duobus rectis: aut diuersa seorsum. s. de isochcele: ꝛ seorsuꝫ de gradato: id est de triāgulo triū laterum inequaliū: non tamen ꝓpter hoc cognouit ꝙ triangulus tres angulos habeat equales duob⁹ rectis: nisi sophystico modo: id est per accidens: qꝛ non cognouit de triangulo ſm ꝙ est triangulus: sed ſm ꝙ est equilaterus: aut duorū equaliuꝫ laterum: aut trium inequaliuꝫ. Neqꝫ etiā demonstrans cognouit vniuersale: id est habet cognitionē de triangulo in vniuersali: etiam si nullus alius triangulus esset preter illos de quibus cognouit. Et hoc ideo qꝛ nō de triangulo cognouit ſm ꝙ est triangulus: sed sub ratione specierum C eius. Unde neqꝫ cognouit per se loquendo oēm triangulū. Quia ꝛ si ſm numerum cognouit oēm triangulū: si nullus est quem non nouit: tamen ſm speciem non cognouit oēm. Tunc enim cognoscit̃ aliqd vl'r ſm spēm qñ cognoscit̃ ſm rationem speciei. Scd̄m numeruꝫ autēꝫ ꝛ non vl'r: quando cognoscitur ſm multitudinē cōtentoruꝫ sub specie. Nec est differentia quantuꝫ ad hoc si cōparemus speciem ad indiuidua: vel genera ad species. Nam triangulus est genus equilateri ꝛ isochelis. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Quādo igit̃ nō scit vniuersaliter: ꝛ qñ simpliciter scit: manifestuꝫ est. Enim ꝟo si eadē esset D triāguli ratio: ꝛ duoꝝ equaliū laterū trianguli ceteroꝝqꝫ triāguloꝝ demonstratio: aut cuiqꝫ: aut oibus: eque sine vllo discrimine accōmodātur. vt patet. Cū ꝟo non sit eadeꝫ: sed diuersa: tresqꝫ anguli duobus rectis equales hoc cuiqꝫ cōpetūt: quo quisqꝫ triāgulus est: nō scit hisce simpliciter: qui dicto modo demonstrat.

T.c.24. ❡ Quando igit̃ nō nouit vniuersaliter: ꝛ quando nouit simpliciter. Manifestum est: ꝙ si idē inerat triāgulo esse ꝛ isochceli: aut vnicuiqꝫ aut oibus. Si ꝟo non idem: sed alterū est: aut ſm ꝙ est triangulus non nouit.

❡ Assignat rōnem p̄dictorū: querens qñ aliqs cognoscit vl'r ꝛ simpl'r: ex quo p̄dicto modo cognoscens nō cognouit vl'r. Et respondet manifestū esse ꝙ si esset eadem ratio trianguli in cōmuni: ꝛ vniuscuiusqꝫ specierum eius seorsuꝫ accepte: aut vl'r simul acceptarum. tunc vl'r sciret de triangulo ꝛ simpliciter: quando sciret de aliqua specie eius: vel de omnibus simul. Si ꝟo nō est eadem ratio: tunc nō erit idem cognoscere triangulū in cōmuni ꝛ singulas spēs eius: sed est alteꝝ. Et cognoscendo de spēbus nō cognoscitur de triangulo ſm ꝙ est triangulus. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Patet aūt vtrū id illi competat vt triangulus est: an vt duoꝝ equaliū lateꝝ: ꝛ qñ per hunc cōpetit primū: ꝛ cui⁹ est vl'r demonstratio. Nam ei cōpetit vt tale est/cui ceteris sublatis cōpetet primo: veluti laterū duorū equaliū eneo triangulo: cōpetent anguli duobus rectis eq̄les. At ere sublato: vt nō sit eneus etiaꝫ cōpetēt. Et iteꝫ F laterū eq̄litate duoꝝ sublata: vt nō sit duoꝝ eq̄liū laterū. At non cōpetēt sublata figura vel termino: sed nō primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato non competent: Qꝛ si triangulo per hunc: ꝛ ceteris competunt: ꝛ huius est vniuersaliter demonstratio.

❡ Utrum aūt ſm ꝙ est triangulus: aut ſꝫ ꝙ est isochceles sit: ꝛ qñ ſm hoc est primuꝫ ꝛ vniuersale cuius demonstratio est: manifestuꝫ est qm̄ qñ remoto insit primum: vt isochceles: ꝛ eneo remoto triāgulo insunt duo recti. Sed eneo reG moto ꝛ isochceli: sed nō figura: aut termino: sed non prius. Cuius igitur primi: si itaqꝫ triāguli est: ꝛ ſm hoc inest ꝛ alijs: ꝛ huiusmodi vniuersaliter est demonstratio.

❡ Dat documentuꝫ quo proprie possit accipi vniuersale: qd̄ est: vtrum aliqd sit trianguli ſm ꝙ triangulus: aut isochcelis ſm ꝙ est isochceles: ꝛ quādo id cuius est demōstratio est primum ꝛ vniuersale ſm hoc. i. aliqd̄ subm positum. Manifestum est enim ex hoc qd̄ dicaꝫ. Quācūqꝫ eniꝫ remoto aliquo adhuc remanet illud qd̄ erat assignatum vl'e sciendū est ꝙ non est primum vl'e illius. Sicut remoto isochcele vel eneo triāgulo remanet ꝙ habeat tres angulos. s. duob⁹ rectis eq̄les. Unde pꝫ ꝙ hic tres angulos eq̄les duobus rectis nō est vl'e primū neqꝫ isochcelis neqꝫ enei trianguli. Remota autē figura nō remanet habere tres: nec etiam remototermino q est superius ad figurā cum figura sit que termino vel termiH nis claudit̃: sed tñ non primo cōuenit neqꝫ figure neqꝫ termino: quia non ꝯuenit eis vniuersaliter. Cuius ergo erit primo. Manifestū est ꝙ triāgulo: quia ſm triangulū inest aliqs tam supioribus ꝙ̄ inferioribus. Non enim competit figure habere tres: nisi quia triāgulus est quedā figura. ꝛ similiter isochceli: qꝛ triangulus est: ꝛ de triangulo habere tres demonstratur: Unde est ei vniuersale primum.

❡ Si igit̃ demōstratiua sciētia: ex principijs est necessarijs. Quod enim quispiam scit id fieri nequit: vt aliter sese habeat.

❡ Si igitur est demonstratiua scientia: ex necessarijs est principijs. Quod enim scitur non potest se habere aliter.

Lectio. XXIII.

Ostq̄ꝫ determinauit ph̄s de omni ꝛ ꝑ se ꝛ vniuersali qbus vtimur in demōstratione. hic iam icipit ostēdere ex qbus demōstratio p̄cedit. Et diuidit̃ in duas. In prima ostēdit ex qbus procedit demōstratio ꝑꝑ qd. In 2ª

I ex qbus est demonstratio q2.ibi.[Sed q2 differt τ propter quid.] Prima in duas. In pma ostẽdit qualia sint ex quib⁹ demõstratio pcedit. In 2° docet que sunt demonstrationis pncipia.ibi[Quid qdem significent.] Prima in tres. In prima ostendit ꝙ demonstratio est ex necessarijs. In 2° ꝙ est ex his que sunt per se.ibi[Accidentiuz autem.] Tertio ꝙ pcedat ex principijs proprijs.ibi[Non eniz ex aliquo gñe.] Circa primũ duo facit. Primo ostendit ꝙ demõstratio procedat ex necessarijs. Scdo probat quedaz que posuerat.ibi [Ex autem opz esse ex necessarijs.] Circa primuz tria facit. Primo cõtinuat se ad pcedẽtia. Scdo pbat ppositum.ibi [Que autẽ sunt per se.] Tertio infert quãdam cõclusionem ex dictis.ibi[Mãifestũ aũt ex his.] Dicit ergo pmo ex pdictis inferens ꝙ si sit demõstratiua scia.i.si scientia p demõstrationẽ acqratur: opz ꝙ sit ex principijs necessarijs. Cui⁹ illationis necessitas apparet: q2 qd scitur ipossibile est aliter se habere: vt habitum est in diffinitione eius quod est scire.

Lec.4. K ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ea vero que per se rebus insunt: necessario cõpetũt. Nã qdã insunt in eoꝝ: qb⁹ cõpetit ratione: qdã in sua res eas habẽt: de qbus dicuntur, quoꝝ alteꝝ oppositoꝝ insit necesse est: pz ex talibus qbusdã rõcinationẽ ꝯstare. Omne nãqz qd inest: aut hoc pacto aut per accidẽs compe tit: accidentia vero non sunt necessaria.

L ¶ Que aũt per se sunt necessaria insunt rebus: hec qdẽ sunt in eo qd qd est: qbusdã aũt alia i sunt in eo qd qd est pdicãtibus de ipsis: quoꝝ alteꝝ oppositorũ necesse est inesse. Manifestũ est ꝙ ex hꝭ qbusdam vtiqz fit demonstratiuus syllogismus. Omne eniz aut sic est aut ẽm accidens. Accidentia aũt non necessaria sunt.

¶ Ostendit ꝙ demonstratio fit ex necessarijs. Et primo per rõnem. Scdo per signuz.ibi[Signũ aũt est.] Circa primuz ponit duas rõnes: quarũ pma talis est. Ea que per se pdicantur necessario insunt. Et hoc manifestat in duob⁹ modis per se. In pmo qdẽ: q2 ea que pdicantur per se insunt in eo qd qd est: idest in diffinitiõe subiecti. Qd aũt ponitur in diffinitione alicuius necessario pdicatur de eo. In 2° vero: q2 quedam sunt subiecta que ponunẽ in qd qd est pdicantibus de ipsis: id est in diffinitione suoꝝ pdicatoꝝ: que qdem si sint opposita necesse est ꝙ alterũ eoꝝ subiecto insit: sicut par vel ipar numero. vt superius ostensum est. Sed manifestuz est ꝙ ex

Lec.10. M quibusdaz principijs hꝭ.s.per se.fit syllogismus demonstratiuus. Quod pbat per hoc: ꝙ omne qd predicaẽ: predicatur aut per se aut per accidẽs: τ ea que predicantur per accidẽs non sunt necessaria: ex his aũt que sunt per accidens non fit demonstratio: sed magis sophysticus syllogismus. Unde relinquitur ꝙ demonstratio fit ex necessarijs. ¶ Sciendum autẽ est ꝙ cuz in demonstratione pbatur passio de subiecto per mediuz quod est diffinitio. oportet ꝙ prima propositio cuius predicatum est passio: τ subiectuz est diffinitio que cõtinet principia passionis: sit per se in quarto modo. Secũda autem cuius subiectum est ipsum subiectum. τ predicatum ipsa diffinitio: in primo modo. Conclusio vero in qua predicatur passio de subiecto per se: in secundo modo. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Aut igiẽ ita dicaẽ: aut hoc principiũ supponatur: demonstrationẽ necessariã esse. Et si demõstratũ sit quidpiã fieri nõ posse: vt illud sese habeat secus. Ex necessarijs ergo ꝯstare demonstratiuã rõcinationẽ opz. Eteni fit vt τ demõstrãs rõcineẽ ex veris: at nõ fit vt ex necessarijs quisqꝫ nisi demõstrans rõcinationẽ ꝯficiat. Id enim ipsum iam demonstrationis propriũ est.

N

Lec.16. ¶ Aut igiẽ sic dicendũ aut principium ponentibus ꝙ demonstratio circa necessarium fit: τ si demonstratũ non potest aliter se habere: ex necessarijs ergo oportet esse syllm. Ex veris qdẽ est non demonstrantem syllogizare: ex necessarijs aũt non est: sed qdem demonstrantez. hoc aũt proprium demonstrationis est.

O ¶ Que est talis[Demõstratio circa necessariũ est τ demonstratum].i.demonstratiõis ꝯclusio non põt aliter se habere. Et hoc accipiẽdũ est tanqꝫ principiũ ad ostendendũ ppositum.s.ꝙ demõstratio ex necessarijs pcedit: cuius qdẽ pncipij veritas apparet: vt iam dictũ est. Ex hoc autem pncipio sic argumẽtatur. Cõclusio necessaria nõ põt sciri nisi ex pncipijs necessarijs: sed demõstratio facit scire ꝯclusionem necessariam. ergo opz ꝙ sit ex pncipijs necessarijs. In quo differt demonstratio ab alijs syllogismis. sufficit enim in alijs syllogismis ꝙ syllogizeẽ ex veris: nec est aliqd aliud genus syllogismi in quo oporteat procedere ex necessitate. Sed in demõstratione opz hoc obseruare: τ hoc est pprũ demonstrationis ex necessarijs pcedere. ¶ Deinde cum dicit.

P ¶ Signo etiã illo patet demõstrationẽ e necessarijs esse: naz inficiationes aduersus eos qui demonstrare putant: negatione necessitatis inferre nos consueuimus: aut putantes omnino fieri posse quo res aliter sese habeat: aut disputationis causa contendentes.

¶ Signuz aũt est ꝙ demõstratio ex necessarijs fit: qm̃ instantiam ita ferimus ad opinãtes demonstrare: qm̃ non sit necesse: si opinamur aut omnino contingere aliter: aut rationis causa.

¶ Probat idem per signũ hoc modo. Cõtra rõnez aliquam nõ inferẽ instãtia nisi p hoc qd deficit aliqd eoꝝ que in illa rõne obseruãda sunt: sed ꝯ eũ q opinaẽ sic demõstrare ferimus instantiã ꝙ nõ sit necesse ea ex qbus pcedit esse vera: siue opinemur ea ꝯtingere alr se habere: siue talẽ instãtiã ferimus. rõnis id est disputationis causa. ergo demonstratio debet procedere ex necessarijs. ¶ Deinde cum dicit.

Q ¶ Ex quibus etiã patet stultos eos esse pfecto: qui principia bene sumere putãt: si ppositio pbabilis sit atqz vera vti sophyste: scire esse dicẽtes scientiã habere. Nõ.n. ideo ppositio principiũ est: q2 pbabilis: aut non pbabilis est: sed q2 primũ est ipsius generis: circa qd fit demõstratio: τ verũ: non omne proprium est.

Vide in omne. ¶ Manifestũ aũt ex his est: τ qm̃ stulti sũt accipere opinati bene principia si pbabilis sit ppositio τ vera: vt sophyste: qm̃ τ scire scientiam est hẽe. Nõ enim qd pbabile est aut verũ omne principiũ est: sed primuz in genere circa qd demonstrant: τ verũ: non omne: sed proprium.

¶ Infert ꝯclusionem ex dictis dicens ꝙ[manifestum est ex hoc]

A hoc] ꝙ opꝫ demonstrationē ex necessarijs ꝯcluderel ꝙ stulti sunt illi qui opinati sunt bene se principia demōstrationis accipere si solū ꝓpositio accepta sit ꝓbabilis vel vera: vt sophyste faciūt. Jd est qui apparēt scientes: ⁊ non sunt.[Nam scire nō est nisi ꝑ hoc ꝙ sciētia habeꝛ] .i. ex demonstratione. Ex hoc aūt ꝙ aliqd est ꝓbabile vel iprobabile non habetur ꝙ sit primū vel non primū: sed tñ opꝫ illud circa qđ fit demōstratio esse primū in genere aliquo ⁊ esse veruꝫ. Non tñ omne primū accipit demōstrator: sꝫ primū illi generi circa qđ demōstrat: sicut arithmeticus nō accipit p̄muꝫ qđ est circa magnitudinē: sed circa numerū. ¶ Attendendū autē est ꝙ sophyste nō sumunꝛ hic sicut in libro elenchorū q procedant ex his que videnꝛ ꝓbabilia ⁊ nō sunt: aut videnꝛ syllogiçare: non tñ syllogiçant. Sicut enim tales sophyste dicuntur .i. apparētes ⁊ non existentes inquantū deficiunt a dialectica argumentatione. Jta dialectice argumentationes si apB pareant demonstratiue ꝓbare: ⁊ nō ꝓbant: sophystice sunt: inquantū videntur sua argumentatione scientes: ⁊ non sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqꝫ demonstratiuā rōcinationeꝫ ex necessarijs esse oportere: ex hisce pꝫ. Nam si nō est iste sciens: qui nō hꝫ eius rōnē ꝓpter quid est: cuiꝰ est demonstratio. atqꝫ fieri pōt vt .a. qdē ipsi .c. necessario cōpetat. Mediū aūt .b. ꝑ qđ illud est demonstratuꝫ non sit necessario: his plane qui talem ratiocinationeꝫ extruit: non scit ꝓpter qd est: quippe cum non sit illud ob ipsum mediū. Nam ipsum quidem fieri potest vt non sit: cōclusio autem est necessaria.

T.c.17. C ¶ Qꝛ aūt ex necessarijs esse oportet syllogismuꝫ manifestum ⁊ ex his est. Si eniꝫ non est habēs rationeꝫ propter quid: existente demonstratione non est sciens. Sit autē vtiqꝫ ⁊ ꝙ .a. de .c. ex necessitate esse. .b. autem medium per qđ demōstratum est non ex necessitate: non sciuit ꝓpter quid. Non est enim hoc propter mediuꝫ. Hoc enim quidem contingit non esse: conclusionem autem necessariam.

¶ Ostēdit qđ supposuerat. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit ꝙ ꝯclusio necessaria nō pōt sciri ex p̄ncipijs nō necessarijs. Scđo ꝙ lꝫ nō possit sciri necessariū ex non necessarijs: D tñ syllogiçari pōt. ibi[Cum qdem igiꝛ cōclusio.] Primum ostendit duabꝰ rōnibus: quarū vna talis est. Si quis nō habeat rōnem ꝓpter qd ostendentē: nō efficiꝛ sciens etiaꝫ demonstratiōe habita: qꝛ scire est cām rei cognoscere: vt supra Lec.4. dictum est. Sed ratio que infert cōclusionem necessariā ex nō necessarijs p̄ncipijs nō ostēdit ꝓpter quid. Qđ exēplificat in terminis cōmunibus. Ponaꝛ enim ꝙ hec cōclusio sit necessaria. Omne .c. ⁊ .a. ⁊ demonstreꝛ per hoc medium .b. ꝙ nō sit necessariū mediū: sed contingēs. puta ꝙ hec ꝓpositio sit ꝯtingens ꝙ oē .b. est .a. vel ꝙ omne .c. est .b. aut vtraqꝫ cōstat ꝙ per hoc mediū ꝯtingēs qđ est .b. nō pōt sciri de cōclusione necessaria que est. omne .c. est .a. ꝓpter qd. Qđ sic ꝓbatur. Remota causa ꝓpter quā est aliqd opꝫ ꝙ remoueatur effectus: sed hoc mediū cum sit cōtingēs cōtingit remoueri: ꝯclusionem aūt remoueri nō cōtingit cum sit necessaria. relinquitur ergo ꝙ nō potest sciri cōclusio necessaria per medium contingens. ¶ Secundam rōnem ponit ibi.

¶ Preterea si quis nūc nescit: rationē habēs: ⁊ saluus est re salua: neqꝫ oblitus his: neqꝫ prius

E sciebat. Quod si medium non est corruptum: fieri vō potest vt corrūpatur: id quod accidit: erit possibile atqꝫ cōtingens: sed vt his sciat qui sic se habet: fieri minime potest.

¶ Amplius si aliqs nescit rem nūc habēs rationem: ⁊ saluatus est: salua re: nec oblitus: neqꝫ prius sciuit. corrūpereꝛ autē vtiqꝫ medium nisi sit necessarium: quare habebit qdem rationeꝫ: nescit aūt: neqꝫ ergo prius sciuit. Si vō nō corruptum est: contingit aūt corrumpi: quod accidit vtiqꝫ erit possibile ⁊ contingens. Sed est impossibile sic se habentem scire.

F ¶ Que talis est. Si aliqs nunc nō scit cum tñ habeat eandē rōnem quā prius habuit[⁊ saluatus est] .i. non desit esse[salua re] .i. re scita ⁊ nō corrupta: iterū ipse[non est oblitus] manifestū est ꝙ etiā ipse[nō prius sciuit.] ¶ Jn hoc aūt ꝑhs innuit quattuor modos qbus aliqs amittit sciam quā prius habuit. Unus modus est qn̄ excidit a mēte eius rō per quā prius sciebat. Alius modus est per corruptionē ipsius scientis. Alius per corruptioneꝫ ipsius rei scite: sicut si sciētia sit te sedēte dum sedente nō sedente perijt. Quartus est per obliuionē. Unde nullo istorū modoꝝ existēte si aliqs nullo modo sciat aliqd: nec prius sciuit. Sed ille qui hꝫ ꝯclusionē necessariā per mediū ꝯtingens: corrupto medio ꝯtingēti nescit medio nō existēte. ⁊ tñ eandē rōnem hꝫ ⁊ salua est res. ⁊ nō est oblitus. ergo nō prius sciuit quādo mediū nō erat corruptū. Qꝛ autē mediū qđ est ꝯtingens corrūpatur. ꝓbat. qꝛ id qđ nō est necessariū opꝫ ꝙ aliqñ corrūpatur. si dicaꝛ ꝙ medium nondū est corruptū: qꝛ tñ nō necessariū. manifestū est ꝙ cōtingit ipsum corrumpi. Posito autem cōtingenti illud qđ accidit non est ipossibile: sed possibile ⁊ contingens. Qđ aūt sequebaꝛ erat impossibile. .i. ꝙ aliqs scientiā haberet aliquis qđ postea nesciret manentibus conditionibus supra positis: qđ tñ sequitur ex hoc ꝙ est mediuꝫ cōtingens esse corruptum: quod ⁊ si non sit verum. est tamen cōtingens: vt dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

Quattuor modi quibus aliqs pōt amittere scientiam.

G ¶ Cuꝫ igitur ꝯclusio necessaria est: nihil ꝓhibet medium non necessariū esse: per qđ fuit ꝓbata. Fieri nāqꝫ pōt vt necessariuꝫ ex nō necessarijs etiā ꝯcludaꝛ. Et perinde atqꝫ fit vt veꝝ ꝯcludatur ex falsis. At cū mediū est necessariū ꝯclusio quoqꝫ necessaria est: quēadmodū ⁊ ex veris infert semꝑ ꝯclusio vera. Nā cū .a. ipsi .b. ꝙꝫ .b. ipsi H .c. necessario cōpetat. Igiꝛ ⁊ .a. necesse est ipsi cōpetere .c. Uerꝫ fieri nequit vt cuꝫ ꝯclusio nō est necessaria: mediū necessarij subeat rōnem. Jnsit enim .a. nō necessario ipsi .c. Si igiꝛ .a. ipsi .b. .b. ipsi .c. competere necīo dixeris: ⁊ .a. profecto ipsi .c. cōpetere necessario cōcedas oportet. At ipsi competere non eo pacto supponebatur.

¶ Cuꝫ qdem igiꝛ ꝯclusio ex necessitate est: nihil ꝓhibet mediū nō necessariū esse: ꝓpter qđ demonstratū. Est enim necessariū nō ex necessarijs syllogizare: sicut ⁊ verū nō ex veris. Cum aūt mediū ex necessitate est: ⁊ ꝯclusio ex necessitate: sicut ex veris veꝝ semꝑ. Sit eni .a. de .b. ex necessitate: ⁊ hoc de .c. necesse ergo est ⁊ .a. de

necessitate inesse: sed cum non necessaria sit con-clusio: neq3 medium necessarium esse possibi-le est. Sit eni3 .a. in .c. nō ex necessitate esse. in .b. aūt .a. ex necessitate: ⁊ .b. igit in .c. ex necessitate: ⁊ .a. ergo in .c. ex necessitate erit: sed nō ɔcessu3 est.

¶ Ostendit ꝙ l3 per mediū cōtingens non possit sciri cōclusio necessaria: cōcludi t̄n cōclusio necessaria ex medio non necessario. Dicit ergo ꝙ nihil ꝓhibet cōclusionē necessariā esse per mediū nō necessariū per hoc ꝙ ostēditur syllogizatū syllogismo dialectico nō demōstrato qui facit scire. Contingit enim necessarium syllogizari ex non necessarijs sicut contingit syllogizari verum ex nō vero. Non tamen cōtingit ecōuerso. q2 cum mediū est necessariū: ⁊ conclusio necessaria erit. sicuti ex veris ꝑmissis semꝑ ɔcluditur verum. Q2 aūt ex necessarijs semꝑ ɔcludatur necessariū. sic ꝓbat. [Sit enim .a. de omni .b. necessaria.] id est sit hec ꝓpositio necessaria. Omne .b. est .a. Et hoc de .c. id est sit hec etia3 necessaria. Omne .c. est .b. ex his enim duob⁹ necessarijs seqtur tertium necessariū. s. ɔclusio ꝙ omne .c. est .a. Ostensu3 est enim in libro prioꝝ ꝙ ex duabus ꝓpositionibus de necessitate: sequitur cōclusio ex necessitate. Ostendit etiā ɔsequenter ꝙ si cōclusio nō esset necessaria: nec mediū posset esse ne꜀iūm. Ponatur enim ꝙ hec cōclusio. Oē .c. est .a. sit nō necessaria. premisse aūt due sint necessarie: s3 id qd̄ ꝑmo positū est: seqtur ꝙ ɔclusio sit necessaria: cū t̄n contrariū sit positū. s. ꝙ cōclusio non sit necessaria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt tn̄ inter ea que ꝓponunt̄ nōnulla que qdē ad sensus reducunt̄ defectionem. Nōnulla nāqꝫ nō q̄reremus: si illa visu ꝑciperemus: non ꝑpterea qḋ scimus videndo: sed qḋ ex eo qꝛ videmus habemus tandem ipsum vniuersale: veluti si vitrū ꝑforatū esse: lumenꝗ̄ penetrare ꝑ meatus visu ꝑciperemus: pateret etiaꝫ nobis ꝑꝑ qd post vitrum lumen efficit̄: ex eo plane qꝛ videremus qdem seoꝛsum idipsum fieri in vnoquoꝗ̄: intelligeremus aūt simul in vniuersis hoc fieri pacto.

¶ Sūt tn̄ q̄dā reducta ad sensus ḋfectū in ꝓpositis: q̄dā eni si videremus nō vtiꝗ̄ q̄rerem⁹: nō tanꝗ̄ sciētes in videndo: sed tanꝗ̄ habētes vniuersale ex eo qḋ videm⁹. Ut si vitrū ꝑforatū videremus: ⁊ lumen ꝑtransiens: manifestū vtiꝗ̄ erit ⁊ ꝓpter quid. Et ꝑꝑ id qḋ videmus quidem seoꝛsum in vnoquoꝗ̄: intelligere aūt simul est: quoniam in oibus sic est.

¶ Ostēdit quō sensus ordinat̄ ad sciam. Quedā eni problematice dubitationes reducunt̄ sicut in causam ad defectū sensus. Quedā etiā sunt de qbus nō quereremus dubitādo si ea vidissemus. nō qdē eo ꝙ scia ꝯsistat in vidēdo: sed inquātū ex reb⁹ visis per viā experimēti accipit̄ vle de quo est scia. Puta si videremus vitruꝫ ꝑforatū: ⁊ quō lumen ꝑtrāsit per foramina vitri. sciremus ꝓpter qd vitrū est transparens. Et vtit̄ hoc exēplo ſm opinionē coꝝ: qui ponebāt lumē esse corpus. ⁊ q̄dā corpora esse transparētia ꝑꝑ subtilia q̄daꝫ foramina que poꝛi dicunt̄: quos qꝛ visu discernere nō possumus ꝑꝑ paruitatē dubitamus q̄re vitrū sit trāsparens. Et pōt simile exēplū poni de qbuscūꝗ̄ rebus que habēt cām sensibileꝫ latentē. Et qꝛ dixerat ꝙ scia huiusmodi rei non est in vidēdo. manifestat hoc esse veꝝ. Nam in videndo cognoscimus seoꝛsum vnūqḋꝗ̄ singulariū: sed in sciendo: oꝑꝫ oia itelligere simul in vli: vt. s. itelligamus ita se hīe in oibus. Uidemus enim sigillatim de diuersis vitris: sed scientiam accipimus de omni vitro ꝙ sit tale.

¶ At q fieri nō pōt: vt oium rōcinationū eadē pricipia sint. Quod qdem prius differēdi modo contemplabimur. Nam rōcinationuꝫ alie vere sunt: alie false.

¶ Eadē aūt pricipia esse oium sylloꝝ ipossibile est: primū qdē logice speculātibus. Hi qdē.n. veri sūt sylli: alij aūt falsi.

Lec. XLIII.

Postꝗ̄ phs ꝑsecutus est de illis quoꝝ ē scia. hic ꝑsequit̄ de ꝑncipijs sciaꝝ. ondēs nō esse eadē pn̄ oiuꝫ syllogismoꝝ. Primo ondit hoc logice. i. per rōnes cōes oib⁹ syllogismis. Scḋo hoc ondit analetice. i. ꝑ rōnes ꝓprias demōstrationes. ibi [Si ꝟo alr ⁊c̄.] Circa primum tria facit. Primo ondit ꝓpositum ꝑ dr̄iam syllogismorum falsoꝝ a veris. Scḋo ꝑ dr̄iam falsoꝝ adinuiceꝫ. ibi [Postea neꝗ̄ false ⁊c̄.] Tertio ꝑ dr̄iam syllogismoꝝ veroꝝ adinuicem. ibi [Neꝗ̄ veroꝝ.] Circa ꝑmū duo facit. Prio ostēdit ꝓpositū. Scḋo excludit quādā obuiationeꝫ. ibi [Et si nāꝗ̄ sit veꝝ.] ¶ Dicit ergo primo: ꝙ primo logice speculando manifestū est ꝙ nō pñt esse eadē pricipia oium syllogismorū: ꝓpter hoc ꝙ qdā syllogismi sūt falsi. i. ꝯcludētes falsuꝫ: ⁊ qdā veri. i. ꝯcludētes veꝝ. Syllogismoꝝ aūt falsoꝝ ⁊ veroꝝ sunt diuersa principia. Nam syllogismorum verorum sunt principia vera: syllogismorum autem falsorum sunt principia falsa. Non ergo omnium syllogismorum sunt eadem principia. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Quāꝗ̄ eni fieri pōt: vt veꝝ ꝯcludat̄ ex falsis: tn̄ id semel efficit̄: veluti si. a. qdē vere de. c. ꝑdicet̄: mediū aūt. b. falsum sumat̄. Tum enim neꝗ̄. a. cōpetit ipsi. b. neꝗ̄. b. cōpetit ipsi. c. Sꝫ si inter has ꝓpositiones sumantur media: false erunt: ex eo qꝛ ꝯclusio oīs falsa ex ꝓpositionibus proficiscit̄ falsis. Ex veris aūt vere conclusiones emergunt. At patet a falsis vera differre: ac esse diuersa.

¶ Et si nāqꝫ sit veꝝ ex falsis syllogizare: sed semel hoc fit: vt si. a. de. c. verum sit: mediū autē b. falsum. Neꝗ̄ eni. a. in. b. est: neꝗ̄. b. in. c. sed si haꝝ media accipiant̄ ꝓpositionū: false erūt: ex eo ꝙ omnis conclusio falsa ex falsis est. Vera autem ex veris. Altere aūt sunt vere ⁊ false.

¶ Excludit quādā obuiationē. Posset enim aliqs dicere ꝙ etiam sylloꝝ veroꝝ sunt principia falsa: qꝛ ꝯtingit ex falsis syllogiçare verū. Sed hoc excludit dicens. ꝙ q̄uis contingat syllogiçare veꝝ ex falsis: tamen hoc solum ꝯtingit in ꝑ

I

syllo: quo ex falsis cõcludit᷑ veꝝ. Sed si oporteat aliquos syllos inducere ad ꝓbandum p̄missas ꝓpositiones: necesse esset q̄ illi sylli ꝓcedant ex falsis: q2 ex veris nõ ꝯcluditur falsum: ⁊ ita in sola prima syllogiçatiõe ex falsis ꝯcluditur veꝝ. Et hoc manifestat ꝑ exẽplũ. Sit.n. hec ꝓpositio vera. Oĩe.c. est.a. accipiat᷑ aũt ad vtrãq3 extremitatem medium falsum: qđ est.b. ita. s. q̄ neq3.a. insit.b. neq3.b. insit.c. Si accipiant᷑ aliq̄ media ad ꝓbandũ p̄missas ꝓpõnes: oẽs ꝓpõnes salloꝝ sylloꝝ erunt false: q2 ois ꝯclusio falsa ꝯcludit᷑ ex falsis. ꝯclusio aũt ṽa põt ꝯcludi ex oĩbus veris. Uñ qñ ꝓpositiones p̄misse sunt vere ex q̄bus ꝯcludit᷑ veꝝ: nõ oportebit deuenire ad aliqđ falsum. Si ḡ cũ alie sint ꝓpositiões vere. alie false. sequit᷑ q̄ alia sunt p̄nª verorum sylloꝝ: ⁊ alia falsoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

K ¶ Deinde neq3 ipsa falsa ex eisdem ꝓficiscunt᷑. Sunt enim ⁊ talia falsa: vt inter sese sint ꝯtraria: ⁊ simul esse nõ põt: vt iustitiã ⁊ iniustitiã vel fortitudinem esse: ⁊ hoiem equum vel bouem: aut equale maius vel minus. Ex his aũt que iacent hoc pacto.

Vide in annota. ¶ Postea neq3 false ex eisdẽ sũt. Est.n. falsas adinuicẽ ⁊ ꝯrias ⁊ ĩpoĩe sit eẽ: vt iustitiã eẽ iniustitiã: aut timorẽ: aut hoiẽ equũ ⁊ bouem: aut eq̄le maius ⁊ minus. Ex positis aũt sic ẽ.

Vide in annota. ¶ Ostendit q̄ neq3 falsoꝝ sylloꝝ sunt eadem p̄nª. Cõtingit eñi ꝯclusiones falsas eẽ ꝯrias adinuicẽ: ⁊ incõpossibiles sibi. Sicut hec cõclusio. Justitia est iniustitia: est incõpossibilis huic ꝯni. Justitia est timor: cũ vtraq3 sit falsa. Timor.n. sic L differt genere a iustitia: ita etiam ab iniustitia. Silr etiã he due ꝯclusiones false sunt ꝯrie ⁊ incompossibiles. homo est equus. ⁊ hõ est bos. Et silr he due ꝓpõnes sunt incõpossibiles. equale est maius: ⁊ equale est minus. Op3 eñi ꝯcludere sic esse ex aliq̄bus: q̄bus positis ista sequentur. vnde op3 q̄ cum ista sint ꝯtraria ⁊ impossibilia: ita etiam p̄ncipia ex q̄bus concluduntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq3 enim rõcinationũ veraꝝ oĩum eadem principia sunt. Cõpluriũ nãq3 principia diuersa sũt genere: neq3 q̄busuis accõmodant᷑ quevis. Unitates eñi nõ accõmodant᷑ punctis. Ille nãq3 positione vacant: his cadẽ ꝯpetit. Necesse est aũt vt ad media accõmodari: aut supera ex parte aut infera: aut alios ĩtra alios extra terminorum habere.

M

Vide in anot. ¶ Neq3 ẽt veroꝝ cadẽ pricipia oĩu3 sunt. Alia enim multoꝝ genere pricipia sunt: neq3 cõueniũt: vt vnitates punctis nõ ꝯueniũt. hec q̄dẽ eñi nõ hñt positionẽ: illa ãt hñt. Necesse aũt ẽ in media ꝯuenire aut ad sursu3 aut ad deorsũ: aut hos interi⁹ hẽe: illos ãt exterius terminoꝝ.

¶ Oñdit q̄ nec sylloꝝ veroꝝ sũt cadẽ p̄nª: quatuor rõnib⁹: quaꝝ vna sumit᷑ ex diũa p̄ncipioꝝ ꝓprioꝝ. Uñ dĩc q̄ (neq3 ẽt veroꝝ sylloꝝ sunt eadem p̄nª.) Diuersoꝝ.n. geneꝝ diuersa p̄nª sunt: sicut p3 q̄ magnitudinũ p̄nª sũt pũcta: numeroꝝ aũt vnitates: q2 nõ ꝯueniũt adinuicem. q2 vnitates nõ habẽt positionẽ. puncta ṽo hñt. Si aũt oĩa p̄ncipia syllogismoꝝ cõuenirent adinuicẽ: necesse esset q̄ vel conuenirent in medio: vel sursum ascendendo versus maiorez extremitatem: vel deorsum versus minorem: q2 in syllogismo necesse est q̄ termini vel assumant᷑ interius vel exterius. Interius q̄dẽm qñ multiplicant᷑ syllogismi ad ꝓbandũ ꝓpositiones inductas. Tunc eñi necesse est q̄ accipiantur media q̄ sunt inter p̄dicata ꝓpõnũ ⁊ subiecta: vtputa si sit talis sylls. Oẽ.b. est.a. oẽ.c. est.b. ḡ oẽ.c. est.a. si oporteat ꝓbari oẽ.b. ẽ.a. op3 assumere aliqđ medium inter.b. ⁊.a. puta.d. Et silr si debeat ꝓbari minor op3 accipere aliqđ mediũ inter.c. ⁊.b. puta.e. ⁊ sic semꝑ termini assumpti interius habent᷑. Exterius aũt assumunt᷑: qñ vel maior extremitas accipit᷑ vt medium ascendẽdo: vel minor descẽdendo: puta si.a. ꝯcludat᷑ de.c. per.b. ⁊ iteꝝ.c. ꝯcludat᷑ de.b. per.a. Et sic silr ẽt ꝓcedit᷑ descẽdẽdo si.b. ꝯcludat᷑ de.f. per.c. necesse est ergo in syllis cõicantibus in p̄ncipijs: vel q̄ accipiat᷑ medium vnius syllogismi supra ꝓpositiones alterius syllogismi. vel accipiantur extrema vnius syllogismi supra extrema alterius syllogismi. Sed hoc non põt esse in rebus q̄ꝝ sunt p̄nª diuersa: q2 puncta non possunt accipi neq3 vt media neq3 vt extrema in syllis i. q̄bus ꝯcludit᷑ aliqđ de numero: neq3 vnitates in syllogismis in q̄bus ꝯcludit᷑ aliquid de magnitudinib⁹. Relinquit᷑ ergo q̄ non possunt esse eadem principia oĩum syllogismoꝝ. ¶ Secunda ratio ponitur ibi.

N

O

¶ At neq3 fieri põt: vt pricipioꝝ cõiu3 vlla sint ex q̄b⁹ cuncta demonstrabunt᷑. Dico aũt cõia: veluti quodvis affirmandũ aut negandum ẽ. Gñã.n. coꝝ q̄ sunt nõ cadẽ sũt s3 diuersa: atq3 alia solis cõpetunt quãtis: alia solis hisce q̄ rõnem subeũt qualitatis. Cum quibus per communia demonstrationes cõficiuntur.

P ¶ Sed neq3 cõium principioꝝ possunt esse aliqua ex quib⁹ oĩa demonstrabunt᷑. Dico autẽ cõmunia vt omne affirmare ⁊ negare. gñã eñi coru3 sunt altera. Et alia quidem in quãtitatibus: alia ṽo in qualitatibus sunt solis: cũ quibus demonstratur per cõmunia.

¶ Que sumit᷑ ex p̄ncipijs cõibus: ⁊ dicit q̄ nõ p̄nt esse aliq̄ principia cõia ex q̄bus solũ oĩa syllogiçant᷑. sicut hoc principium cõe. de quolibet affirmatio vel negatio: qđ q̄dem cõiter est veꝝ in oĩ genere. nõ tñ est poĩe q̄ ex solis aliquibus taliter cõibus possint oĩa syllogiçari. q2 genera entium sũt diuersa: ⁊ diuersa sunt p̄nª que sunt solum q̄ntitatum p̄nª: ab his q̄ solum sũt p̄nª q̄litatum: que op3 coassumere p̄ncipijs cõibus ad ꝯcludendũ in q̄libet mã. Puta, si in quãtitatib⁹ oporteat ex dicto principio cõi syllogiçare: op3 accipere. q̄ cũ hec sit falsa. punctus est linea. op3 hãc esse verã: punctus nõ est linea. Et silr in q̄litatibus op3 coassumere aliqđ proprium qualitati. Unde relinquit᷑ q̄ ĩpoĩe sit esse cadẽ p̄ncipia oĩum syllogismoꝝ. ¶ Tertiam rõnez ponit ibi.

Q ¶ Preterea principia nõ multo sunt pauciora ꝯclusionibus. Principia eñi ipse sũt ꝓpositiones. Propositiones aũt sunt cum aut additur aut interponit᷑ terminus. Preterea ꝯclusiões sunt infinite: termini ṽo finiti.

Vide i an not. ¶ Amplius principia nõ multo minora sũt cõclusionib⁹. Principia quidẽ.n. ꝓpõnes sũt: ꝓpõnes ãt assũpti termini aut imissi sũt. Adhuc ꝯclusiones ĩfinite sũt: termini aũt finiti.

¶ Que sumit᷑ ex comparatione p̄missarum ad ꝯclusiones: ⁊ dicit q̄ p̄ncipia nõ sunt multũ pauciora ꝯclusionibus. Sũt q̄dẽ pauciora: q2 q̄nis ad vnã ꝯclusionẽ ĩferendã duo p̄ncipia. i. due ꝓpõnes requirant᷑: q2 vna ꝯclusio nõ cõcluditur

A immediate nisi ex duab⁹: tñ vna ꝓpone pōt qs vti ad iferendũ plurimas ꝯnes: ſm ꝙ ſub ſubiecto aut ſub ꝑdicato multa accipi pñt. Non tñ ſunt multo plura pricipia ꝙ ꝯcluſiones: qꝛ plurima eoꝝ que ꝑncipijs coaſſumuntur ad ꝯcluſiones alias inducendas. ſunt et ꝯnes. Principia .n. ꝓpones hic appellant. ꝓpones aũt aut aſſumpti termini: aut imiſſi ſunt. i. ꝓpones in ſyllogiſmis multiplicant: aut aſſumendo terminos extrinſecus: vel ſupra maiorem extremitatem ⁊ infra minorẽ: vt ſupra dictũ eſt. aut accipiendo terminos q ſũt in medio. Et ad hoc addẽdũ eſt ꝙ ꝯcluſiones ſunt infinite. Pōt eni qdlibet ꝯcludi de quolibet vel affirmatiue vel negatiue. Et ne videret hoc eſſe ꝯtrium ei qđ ſupra oſtenderat ꝑdicationes nō ꝓcedere in infinitũ. ſubiungit ꝙ termini ſunt finiti: ⁊ ad hoc ptinet qđ ſupra oſtenſum eſt: eſſe ſtatuꝫ in ꝑdicationibus: ſed ex terminis ifinitis pñt infinite ꝯcluſiones fieri ſm diuerſas cōbinationes: vt tñ accipiamus cōiter ꝯcluſiones tam que ſunt ꝑ ſe ꝙ q̃ ſunt ꝑ accidens. B Loquitur .n. nũc cōiter de ſyllis. Si ergo ꝯcluſiones ſunt infinite: pñ⁹ aũt nō ſunt multo pauciora ꝯcluſionibus. ſequit ꝙ etiã pñ⁹ ſylloꝝ ſunt infinita: non ergo ſunt eadẽ ꝑncipia ſyllogiſmoꝝ. ℭ Quartaꝫ rōnem ponit ibi.

(Lec. sec. — Lec. 34. & 35.)

ℭ Inſuper principioꝝ alia ſunt neceſſaria. alia ꝯtingẽtia. Hoc igr̃ mō ꝯſiderantibus fieri non poſſe porro videt: vt eadẽ ſint principia: aut finita: ſi concluſiones ſint infinite.

ℭ Amplius pricipia hec qdem ex neceſſitate: illa ꝟo ꝯtingentia. Sic igitur in intentiōe his habitis impoſſibile eſt eadẽ eſſe principia: aut finita cum infinite ſint concluſiones.

C ℭ Que ſumit ex dñis neceſſarij ⁊ ꝯtingẽtis. ⁊ dicit ꝙ principioꝝ qbus vtimur in ſyllo: qdã ſunt ꝯtingẽtia: ⁊ qdã neceſſaria: vt pꝫ in lib. prioꝝ. vbi docuit ſyllogiꝫare ex neceſſarijs ⁊ ꝯtingẽtib⁹. Nō aũt eadẽ ſũt neceſſaria ⁊ ꝯtingentia: g nō ſunt eadẽ pñ⁹ oium ſylloꝝ. Et hoc eſt qđ ꝯcludit ex his duab⁹ vltimis rōnib⁹: ꝙ ſm ꝯſideratione pmiſſoꝝ cuꝫ ifinite ſint ꝯnes ipoſſe eſt eſſe eadẽ principia oium ſylloꝝ aut etiam finita. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Qđ ſi qſpiã alio mō dicat: veluti h̃ qdẽ geometrie: hec aũt arithmetice: ⁊ hec medicie: pricipia eẽ: qd aliud erit qđ dr̃: ꝙ ſciaꝝ principia eẽ. At ex eo dicẽ eadẽ eẽ qꝛ ipſa ſibiipſis eadeꝫ ſũt ridiculũ eſt. Hoc .n. pacto cũcta eadẽ fiũt.

ℭ Si ꝟo aliter quodã mō dicat aliqs: ꝙ h̃ qdẽ geometrie: alia ꝟo ſylloꝝ: alia aũt medicine: quid vtiqꝫ erit aliud qđ dr̃: niſi ꝙ ſũt principia ſciaꝝ: ſed eadem dicere deriſio eſt: qñ eadem eiſdẽ eadẽ eſſent. Omnia enim ſic fiũt eadem.

(Vide in annota. D)

ℭ Oſtẽdit idẽ analetice. ſ. ꝑ rōnes ꝓprias ꝑncipijs qb⁹ ſcientie demonſtrãt. Et ponit tres rōnes. Circa quaꝝ pmã dicit ꝙ ſi aliqs nō dicat oium ſylloꝝ eſſe eadẽ pñ⁹: ſed aliq̃ mō dicat aliter. ſ. ꝙ qdã ſunt ꝑncipia geometrie: ⁊ qdaꝫ logice ⁊ q̃ dicunt pñ⁹ ſylloꝝ vel rōcinationum: ⁊ qdam ſũt ꝑncipia medicine: ⁊ ſic accipiẽdo pñ⁹ oium ſciaꝝ: iſta ſic accepta eadem ſunt pñ⁹ oium demonſtrationũ hoc non facit ad ꝓpoſitum quo qs vult ſuſtinere eadẽ eẽ pñ⁹: qꝛ ꝓpter hoc dicitur nihil aliud dicit niſi ꝙ q̃libet ſcia hꝫ ſua pñ⁹: ⁊ non ſint pñ⁹ vnius ſcie q̃ ſunt alteri⁹: qđ oporteret ſi eadẽ eſſent pricipia oium ſylloꝝ ſciaꝝ. Sed iſtud eſt ipoſſe ⁊ deriſibile: qꝛ ſꝫ hoc ſequeret ꝙ que ſunt in ſcientijs eſſent eadem: ⁊ ita omnes ſcientie eſſent vna ſcia. Que enim eiſdẽ ſunt eadem ſibi inuicẽ ſunt eadẽ. Sed ꝑncipia cuiuſlibet ſcie ſunt quodammodo eadẽ ꝯcluſionibus: qꝛ ſunt vnius generis. Non .n. eſt ex vno in aliud genus demonſtrare: vt ſupra dictuꝫ eſt. Si ergo principia ſunt eadeꝫ: ſequeret ꝙ oia que ſunt in ſcientijs eſſent eadẽ. ℭ Secundam rōnem ponit ibi.

E (Lec. 13.)

ℭ At ꝟo neqꝫ hoc ẽ: ex oibus inquã qd vis demonſtrari querere oiuꝫ eadẽ pricipia eẽ. Eſt enim iſignis ſtultitie ſane. Nã neqꝫ in manifeſtis h̃ fit ſciẽtijs: neqꝫ in reſolutione fieri pōt. Propoſitiones enim vacantes medio principia ſunt: atqꝫ diuerſa plane ꝯcluſio fit aſſumpta vacante medio propoſitione.

ℭ At ꝟo neqꝫ qđ ẽ ex oib⁹ demōſtrare qdlibet hoꝝ eſt. Nã h̃ quare oium eadẽ eſſe pricipia. multũ .n. inſipiẽs eſt. Neqꝫ eniꝫ in manifeſtis mathematicis: neqꝫ in reſolutiōe poſſibile eſt. Immediate .n. ꝓpones pricipia ſũt: altera aũt ꝯcluſio fit: accepta ꝓpoſitione imediata.

(Vide in annota. F.)

ℭ Que talis eſt. Si aliqs querẽs eſſe oium eadẽ principia: hoc intendat dicere ꝙ qdlibet demonſtret ex quolibet: hoc eſt ſtultum dicere: qꝛ hoc neqꝫ eſt poſſe in mãifeſtis mathematicis: nec i reſolutione. Et vocat mãifeſta mathematica i. ꝯſiderationes vel diſciplinas: qñ ex aliqbus ꝓpōnib⁹ manifeſtis ſtatim infert ꝯcluſio. Vocat autem reſolutionẽ: qñ ꝓpōnes aſſumpte nō ſunt manifeſte: ſed opꝫ eas reſoluere in alias manifeſtiores. Et ꝙ hoc ſit impoſſe ꝓbat: qꝛ vtroqꝫ modo ꝑncipia demonſtratiuoꝝ ſylloꝝ ſunt imediate ꝓpones: q̃ vl ſtatim aſſumunt in manifeſtis mathematicis ſiue doctrinis: vel ad eas deuenit per reſolutionem. Videmus aũt ꝙ demonſtrat alia concluſio: coaſſumpta imediata ꝓpoſitione alia. Et ideo non pōt eſſe ꝙ ex quolibet demonſtret quodlibet. ℭ Conſequenter cum dicit.

G

ℭ Qđ ſi quiſpiam ipſas primas vacantes medio ꝓpoſitiones oium eſſe pricipia dicat: ſciat is vnã in vnoquoqꝫ genere eſſe.

ℭ Si ãt dicat aliqs primas imediatas ꝓpōnes eſſe principia: vnum in vnoquoqꝫ genere eſt.

(Vide in annota.)

ℭ Excludit quandã obiectionẽ. Poſſet .n. aliquis dicere ꝙ duplex eſt genus imediataꝝ ꝓpōnũ. qdaꝫ .n. ſunt imediate ꝓpōnes prime: ⁊ qdã ſcḋe: ita ꝙ accipiat ordo imediataꝝ ꝓpoſitionũ ſm ordinẽ terminoꝝ. Nã ille ꝓpōnes que conſiſtunt in terminis primis ⁊ cōibus: ſicut eſt ens ⁊ non ens: equale ⁊ inequale: totũ ⁊ pars: ſunt prime ⁊ imediate ꝓpones. vt non ꝯtingit idẽ eſſe ⁊ non eſſe: ⁊ que vni ⁊ idem ſunt equalia ſibiinuicẽ ſunt equalia. ⁊ ſilia. Immediate aũt ꝓpoſitiones que ſunt circa poſteriores terminos ⁊ minus cōes: ſunt ſcḋe reſpectu primaꝝ: ſicut ꝙ triangulus eſt figura. vl ꝙ homo eſt aial. Pōt ergo aliqs dicere ꝙ ſcḋe propoſitiones coaſſumunt ad diuerſas ꝯcluſiones demonſtrandas: ſꝫ prime ꝓpōnes imediate ſunt eedem in oibus demonſtrationibus. Et iđ ad hoc excludendũ dicit: ꝙ ſi aliquis dicat primas imediatas ꝓpōnes has eſſe illa principia ex qbus omnia demonſtrant: ꝯſiderare opꝫ ꝙ nihilominus in vnoquoqꝫ genere opꝫ eſſe vnum pñ^m vel vnam ꝓpoſitionem imediatam primam in illo genere: nō primã oino ſimpliciter. Et ꝙ ex illa que eſt prima ſimpliciter coaſſumpto iſto principio huiuſmodi generis oportebat in hoc genere demonſtrari. Et ita non ex ſolis cōmunibus principijs poſſũt omnia demonſtrari: ſed opꝫ accipere ꝓpria que ſunt diuerſorum generum. ℭ Conſequenter cum dicit.

H

I ¶ Quõ si neq3 eadẽ oiu3 principia sunt hoc pacto: vt ex oibus quoduis oporteat demonstrari: neq3 sũt adeo diuersa vt vniuscuiusq3 sciẽtie sint diuersa. Restat si pricipia oiu3 generis sint eiusdẽ: ex his tñ hec: τ ex his hec dinr̃ent.

Vide l in not. ¶ Si vero neq3 ex oibus: vt opus est demõstrari qõlibet neq3 sic ex altera: q̃re erunt vniuscuiusq3 scie altera. Relinquitur igr̃ si prima sũt pricipia oiu3: s3 ex his qdẽ hec: ex illis aũt illa.

¶ Excluso stulto itellectu ꝓpositionis ɔtra quas disputat̃, ɔcludit ꝓpositum. τ dicit ꝙ si nõ dicat̃ ꝙ qõlibet demonstret̃ ex quolibet. sicut opus est dicere ꝑ ꝑmissa: sequitur ꝙ nec sic ex ꝑncipio/ex quo ɔcluditur hec ɔclusio concludatur altera: alioquin ex quolibet demõstrat̃ qõlibet. Unde

K necesse est ꝙ diuersarum scientiarũ sunt diuersa ꝑncipia. Sed nec op3 ꝙ oium sciaꝝ sint ꝑnª vnius generis his q̃ ex his demonstrant̃: sed oportebit ꝙ ex his demõstrentur he cõclusiones. τ ex illis ille ex diuersis. s. ꝑncipiis demonstratione facta in diuersis scientijs: que sunt de diuersis generibus. ¶ Tertiam rationẽ3 ponit ibi.

¶ At patet τ hoc esse nõ posse. Demonstratũ est enĩ sciaꝝ que genere differunt principia diuersa genere eẽ. Principia nãq3 duplicia sũt: ex qbus: τ circa qõ. Principia igr̃ ex qbꝰ cõmunia sunt. Principia vero circa qõ propria: vt vnitas magnitudo.

L ¶ Manifestũ aũt hoc est qm̃ nõ ɔtigit. Monstratũ est enĩ ꝙ altera pricipia genere sunt differẽtiũ genere. Principia enĩ duplicia sunt ex qbus: τ circa q̃. Ex qbꝰ qdẽ igr̃ cõia sũt. Que aũt sũt circa q̃ ꝓpria sũt: vt nũerꝰ magnitudo.

Lec. 42. ¶ Et dicit ꝙ manifestum est ẽt alio mõ ꝙ nõ ɔtingit hoc. s. ꝙ eadem sũt ꝑncipia omnium sciaꝝ. qr ostensum est supra ꝙ diuersoꝝ geneꝝ diuersa sunt ꝑncipia genere. Un̄ cũ diuerse scientie sint de diuersis generibus: sequit̃ ꝙ diuersa principia sint diuersarum sciarũ. ¶ Sed qr quodãmõ eadẽ ꝑncipia cõia sunt qbus oẽs scie vtunt̃: iõ ɔñter distiguit de principijs: τ dicit ꝙ duo sunt ꝑnª: q̃dã ꝑma ex qbus demonstrat̃ sicut prime dignitates: vt ꝙ nõ sint idẽ esse τ nõ esse. Et iteꝝ sunt q̃dam circa que sunt scie. s. subiecta sciarũ: qr diffõnibꝰ subiecti vtimur vt ꝑncipijs in demr̃ationibꝰ.

M Illa ergo prima ex qbꝰ demõstrat̃: sunt cõia oibꝰ scientijs: sed principia circa que sunt scie sunt ꝓpria cuiuslibet scie: sicut numerus arithmetice: τ magnitudo Geometrie. Principia aũt cõia op3 ad hec ꝓpria applicari ad hoc ꝙ demõstret̃. Et qr nõ ex solis cõibus principijs demonstrat̃. non põt dici eadem esse principia oium syllogismoꝝ demõstratiuorum: quod intendit probare.

¶ Interest aũt iter id qõ sub sciẽtia τ id quod sub opinione cadit: τ iter scientiã τ opinionẽ.

T. c. 46. ¶ Scibile aũt τ scientia differunt ab opinabili τ opinione. Lec. XLIIII.

Postq̃ Phs ondit cõparationẽ sciaꝝ adinuicẽ τ ẜm certitudinẽ3 τ ẜm vnitatẽ τ diuersitatẽ, hic ostẽdit cõparationẽ scie ad oĩa que ad cognitionẽ ptinẽt. Et diuidit̃ in duas ptes. In ꝑma agit de cõparatione scie ad opinionẽ q̃ est veroꝝ τ falsoꝝ. In scda de cõparatiõe scie ad aliquos habitus cognoscitiuos qui sunt semꝑ veroꝝ. ibi [Reliqua aũt quõ op3 τc.] Prima autẽ3 pars diuiditur in duas ptes. In ꝑma determinat veritatem. In scda excludit dubitationẽ. ibi [Qualiter q̃ est idẽ τc.] Circa ꝑmum tria facit. Primo enim ꝓponit diaʒ esse inter scientiã τ opinionẽ. Scdo ostendit qd ptineat ad sciam. ibi [Qm̃ qdẽ3 sciẽtia τc.] 3º qd ptineat ad opinionẽ. ibi [Sunt aũt q̃dam vera τc.] Dicit ergo ꝑmo ꝙ scia differt ab opinione: τ silr̃ scibile qõ est obiectum scie differt ab opinabili quod est obiectum opinionis. ¶ Deinde cum dicit.

N

¶ Nã scia qdẽ vlis est cognitio τ ꝑ nec̃ia ɔparat̃: necessariũ aũt aliter sese habere non põt.

¶ Qm̃ scia vlis τ per necessaria est. Necessarium aũt nõ ɔtingit aliter se habere.

O ¶ Ostendit qd ptineat ad sciam: τ ponit duo ad eã ptinere: quoꝝ vnum est ꝙ sit vlis. Nõ. n. est scia de singularibus τ sub sensu cadentibꝰ: τ hoc supra manifestũ est. Et aliud ẽ ꝙ scia est ꝑnec̃ia. Et exponit qd sit necessariũ. s. illud qõ nõ cõtingit aliter se hr̃e. Et hoc etiã est supra manifestũ ꝙ demõstratio ꝓcedat ex necessarijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At sunt q̃dã vera qdẽ: τ numerant̃ iter ea q̃ sũt: tñ τ aliter sese habere pñt. Patet igit̃ circa hec non eẽ sciam. Nã ea nõ possent aliter se se habere: q̃ aliter sese hr̃e pñt. At vero neq3 itellectũ. Intellectũ enim pricipiũ scie dico: neq3 sine demonstratione sciam. Que qdem est existimatio vacantis medio ꝓpositiõis. Est aũt itellectus verus: τ scia: τ opinio: τ id qõ per hec dr̃. Quare restat opinionẽ esse circa id qõ veꝝ qdẽ est: aut falsum: aliter aũt sese habere potest. Hec autẽ est existimatio vacantis medio: τ non necessarie ꝓpositionis.

P

Vide in not. Vide in annot. ¶ Sunt aũt q̃dã vera ɔtingentia aliter se habere. Manifestu3 igr̃ est ꝙ circa hec scia nõ est. Esset eni3 vtiq3 impoẽ aliter se hr̃e possibilia aliter se habere. At vero neq3 itellectꝰ. Dico. n. itellectũ pricipiũ scie. Neq3. n. scia est idemõstrabilis. Hec aũt opinio est imediate ꝓpõnis.

Vide in annot. Uerus ẽ. n. itellectꝰ: τ scia τ opinio: τ qõ ꝑ h̃ dr̃. Quare reliquit̃ opinionẽ eẽ circa veꝝ qdẽ aut falsu3: s3 ɔtingẽs ẽ τ aliter se hr̃e. Hec aũt est acceptio imediate ꝓpõnis: τ nõ necessarie.

¶ Ostendit qd ptineat ad opinionẽ. s. ꝙ sit circa cõtingẽtia aliter se habere: siue in vniuersali siue in pticulari. Et hoc ꝓbat tripl̃r. Primo qdẽ ꝑ modũ diuisionis ꝙ ꝑter vera necessaria que nõ contingunt aliter se habere. sunt quedaʒ cõtingentia vera: que ɔtingunt aliter se habere. Manifestum est aũt hoc ex predictis ꝙ circa huiusmodi nõ est scia: qr se querer̃ ꝙ ɔtingentia non possent aliter se habere. Circa talia enim est scientia: vt iam dictum est. Similiter etia3 non

Q

Lec. 53. põt dici ꝙ eoꝝ sit itellectus. τ accipimus hic intellectu3 nõ ẜm ꝙ intellectus dr̃ quedam potentia anime: sed ẜm ꝙ est ꝑncipium scie. i. ẜm ꝙ est habitus qdã primoꝝ ꝑncipioru3 ex qbus ꝓcedit demr̃atio ad causandam sciam. ¶ Et ideo ad exponẽdũ qd sit iste itellectꝰ q est ꝑncipiũ: subdit [neq3 scia indemonstrabilis est] scil3 eoꝝ q̃ ɔtingũt aliter se habere: ac si dicat ꝙ itellectus nihil aliud sit q̃3 quedã scia indemonstrabilis. Sicut. n. sciẽtia iportat certitudinẽ cognitionis ꝑ demõstrationẽ acq̃sitam: ita intellectus iportat certitudinẽ

A tudinē cognitionis absq3 demōstratione:nō pp defectū demōstrationis:sed q3 id de quo certitudo habet est idemonstrabile:⁊ p se notū. Et ideo ad hoc exponēdū subdit:ꝙ sciētia demōstratiua nihil aliud est ꝗ̄ certa existimatio imediate ppōnis. Qz aūt itellectus sit scia idemōstrabilis pz ex B ipso:qd dicit ꝙ est principiū scie. Cū enim scia sit necessariorū:⁊ necessaria non ɔcludant nisi ex necessarijs:vt supra pbatū est:necesse est ꝙ itellectus qui est principiū scie nō sit ɔtingētiū. ¶ Ostenso ergo ꝙ neq3 scia neq3 itellectus sunt ɔtingentiū.ponit quādā diuisionē. Et dicit ꝙ ɔtingit verū esse:⁊ intellectū,⁊ sciam,⁊ opinionē:⁊ qd per hoc dī.i.quod enūtiatur voce p itellectū ⁊ sciam ⁊ opionem verā. Est eniz verū ⁊ in cōpositione ⁊ diuisione itellectus:⁊ in enūtiatione exteriori inquātū significāt interiorē veritatē opinionis sciētie vel itellectus. Si ergo cuiuslibet veri vel est intellectus vel sciētia vel opinio:⁊ sunt quedā vera ɔtingentia:quorum nō est neq3 sciētia:neq3 intellūs:relinquitur ꝙ circa hō sit opio:siue sint actu vera:siue sint actu falsa:dūmodo possint aliter se habere. Et ad exponendū qd sit opinio subiungit ꝙ opio est acceptio.i.existimatio quedā imediate ppōnis ⁊ nō necessarie. Qd pōt duobus modis intelligi. Uno modo sic:q3 ppositio imediata in se qdem sit necessaria:sed ab opināte accipiat vt non necessaria. Alio modo vt sit in se ɔtingens. Dicit enim imediata ppositio:quecūq3 per aliqd mediū pbari nō pōt:siue sit necessaria:siue nō necessaria. Ostensum est eniz supra ꝙ nō est pcedere in infinitū in pdicationib⁹:neq3 quātū ad media:neq3 quantū ad extrema:⁊ hoc nō solū analetice in demōstrationib⁹:sed etiā logice cōiter ꝗ̄tū ad sillos. Si ergo sit aliqua ppositio ɔtingēs mediata:opz ꝙ reducat ad aliquas imediatas. Non autem reducitur ad immediatas necessarias:quia necessaria non sunt principia contingentiū:neq3 ex necessarijs potest cōcludi contingēs. Unū relinquit ꝙ sit aliqua ppō imediata ɔtingēs ⁊ aliq̄ mediata. Sic hō nō currit est mediata:pōt.n.pbari p hoc mediū.hō nō mouet:q̄ ēt est ɔtingens:sed imediata. Existimatio ḡ taliū ppositionū ɔtingentiū imediatarū est opinio.sed ɔtingētiū imediataꝶ est opio.sed p hoc nō excludit qnetiā acceptio ppōnis ɔtingentis mediate sit opinio. Sic.n.se hz circa ɔtingentia:sicut scientia ⁊ intellūs circa nečia. ¶ 2° ibi.

Lec.13°

B

Lec.31°, t inde.

C

¶ Atq3 hoc ɔsentaneū est etiā his que apparēt. Tā eni opinatio ꝗ̄ talis natura icertū est sane.

¶ Et ɔsessum aūt est sic apparentibus. Opinio enim incertum est ⁊ natura huiusmodi est.

¶ Probat idē p id qd cōiter appet:⁊ dīc ꝙ id qd dcm̄ est.i.opionē eē ɔtingētiū.est qdā ɔfessuz.i.ɔsentaneū his q̄ apparēt. Opio.n.vī sonare aliqd debile ⁊ incertū:⁊ vī eē aliqua talis nā que hēat in se debilitatē ⁊ icertitudinem. ¶ 3° ibi.

D

¶ Nemo pterea tū opinari qdpiā arbitrat:cū illud putat aliter sese hēe nō posse:sed scire. Sed cū eē qdē sic putat:existimat aūt ⁊ aliter sese hēe posse:nihil phibet illū tūz opinari:pptera qd rei qdē talis opinio est:necessarie vo scientia.

¶ Adhuc aūt nullus opinat pbare:cū opinet ipossibile aliter se hēe:sed scire. Sed aliqn̄ qdez esse sic:sed tm̄ nihil aliter phibet:tūc pbare:tāq3 hu⁹ qdem opinionē esse:sed necessarij sciētiam.

¶ Probat idē per experimentū. Nullus enim qn̄ opinat ꝙ ipossibile sit aliter se hēe:reputat se opinari sed tūc reputat se scire. Qn̄ aūt opinat ꝙ sic est:⁊ ꝙ nihil phibeat alr se habere:reputat se opinari:ac si opinio sit talis.i.ɔtingentis:sciētia autem necessarij. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quō igit sit:vt idez vnus opinet:ali⁹ sciat:⁊ cur opio nō erit scia:si qspiā posuerit fieri posse:vt de eodē oī opinio habeat ꝙ scit. Proficiscet eni ⁊ isce qui scit:⁊ isce qui opinat per media quousq3 pueniat ad ea que medio vacant. Quare si ille scit:⁊ qui opinat scit. Fieri.n.pōt vt quēadmodū ipm esse scit:⁊ ipsum ppter qd est opinemur. Hoc aūt ɔstat ipsuz mediū esse.

E

¶ Qualr igit est idē opinari scire:⁊ q̄re nō erit opinio scia:⁊ siqs posuerit esse:aut nihil ɔtigē opinari ɔsequet ꝙ sʒ qdē sciēs.ille vo opinans p media quousq3 ad imediata veniat. Quare siqdē ille sciuit:⁊ opināš sciuit. Sicut eniz ⁊ q3 est opinari:⁊ ppter qd. Hoc autē medium est.

Vide in cano.

F

¶ Mouet dubitationē circa pmissa. Et primo mouet dubitationes. Scdo soluit.ibi[Aut siqdem sit ⁊c.] Circa primum mouet duas dubitationes:quarū vna est de opinabili ⁊ scibili. Si opinio est ɔtingentis:sciētia vo necessarij nō est idē necessariū ⁊ ɔtingens.ergo remanet dubiū qualr possit homo aliqd idē opinari ⁊ scire. ¶ 2ª dubitatio est de sciendia ⁊ opione:q̄re.s.opinio nō sit sciētia. Si tū aliquis ponat ꝙ de oī cognito possit esse opinio:de quolibet enim cognito pōt homo opinari ꝙ possit aliter se habere:nisi forte de primis pncipijs per se notis.quorū cōtraria nō cadunt in existimatione:de qbus tū nō est scia. Sed circa oīa mediata quorū est demonstratio ⁊ sciētia.pōt aliqs existimare ꝙ possibile sit aliter se habere:⁊ ita pōt ea opinari. Non eniz opinio est solū de his que sunt ɔtingentia in sui natura:q3 sm hoc non oē qd quis nouit ɔtingeret opinari. Sed opinio est de his q̄ accipiunt vt ɔtingētia alr se habere:siue sint talia:siue non. ¶ Hoc ergo supposito videt ꝙ sit idē sciētia ⁊ opinio:quia tam sciēs ꝗ̄ opināš ɔsequunt sciam ⁊ opinionē per aliq̄ media quousq3 pueniant ad aliqua imediata:sicut ex dictis pz. Unde si aliqs sit pcedens p media ad imediata hz sciētiā. Qz aūt opinio p media veniat ad imediata.manifestat per hoc:q3 sicut contingit opinari q3 ita est:ita cōtingit opinari ppter qd sit ita. Hoc aūt qd dico ppter quid significat mediū. Unde pz ꝙ opinio pōt pcedere p mediū ad imediata:siue opinio sit eorū que in natura sunt ɔtingētia.siue sit eorū que accipiunt vt cōtingentia. ¶ Deinde cum dicit.

G

¶ An si existimauerit qdē ea que aliter sese hēe nequeunt:pinde atq3 hūt diffōnes sese hēe:per quas ipse demōstrationes ɔficiunt:sciet nō opinabit. Sin aūt vera qdē esse crediderit:non tñ hec ipsis putauerit cōpetere rōne sube atq3 forme:opinabit:nō vere sciet. Atq3 si per ea qdez que medio vacant pcesserit ipsuz esse:⁊ ppter quid est opinabit. Sin vo nō p ea que vacant medio:tm̄ ipsum esse opinabitur.

H

¶ Aut siqdē sic arbitrat nō ɔtigētia aliter se hēe:sicut hūt diffōnes per quas sūt demōstratiōes:nō opinabit:sʒ sciet. Si aūt vera qdē esse:non tñ hoc ipsis inesse sm subam ⁊ spēm opinabit:⁊ nō sciet vere:⁊ q3 ⁊ ppter quid:siquidez per immediata opinabitur. Si vo non per immediata:solum ipsum quia opinabitur.

¶ Soluit pdictas dubitationes. Et primo scdam que est de idētitate sciētie ⁊ opinionis. Scdo pmā que est de idētitate

I

sciti ⁊ opinati. ibi[Eiusdem aūt ⁊c.] Dicit ergo primo ꝙ si aliqs ꝑcedat per media ad imediata: ita ꝙ illa media nō arbitret ut ɔtingētia aliter se habere: sed arbitret ea sic habere sicut diffōnes que sunt per media: per que demonstrationes ꝑceduntur: neqꝫ erit opinio: sed scia. Si aūtē aliqs procedat vsqꝫ ad imediata per aliqua media vera: que tamē vel nō insit illis de qbꝰ dr̄ p se: sicut diffōnes que ꝑdicant subalr ⁊ significāt spēꝫ rei. vel nō accipiat ea q̄ sic isūt: tūc habebit opionē: ⁊ nō sciet vere qz. ⁊ pp qd sil. si tñ ꝑcedat vsqꝫ ad imediata: tūc .n. p imediata opinabit: ⁊ nō sciet. Si xͦo nō ꝑcedat p imediata: sꝫ p mediata: tūc nō opinabit pp qd: sꝫ opinabit solū qz. .nā ⁊ sciētia que nō est pp qd ⁊ imediata: nō est scientia propter quid. sed quia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Opinio nāqꝫ sciaqꝫ: nō oino eiusdē est. Sed vt est: ⁊ vera ⁊ falsa mō quodā eiusdē opinio: sic ⁊ scia ⁊ opinio est eiusdē. Etenīꝫ quēadmodū qdē opinionē verā ac falsam (inquiūt qdā) eiusdē esse accidūt: aliaqꝫ absurda: ⁊ nō opinari quēpiā: qd opinat falso. Sꝫ cū multiplr idē dicat partim esse pōt: partim esse nō pōt. Nam opinari vere diametrū cōmēsurabileꝫ esse: absurdū est sane: sed sic est eiusdē: qz diameter circa quē sūt ipse opiniones est ideꝫ. Utriusqꝫ tñ rō nō eadē est. Pari modo scia eiusdē esse atqꝫ opinio pōt. Illa nāqꝫ sic erit aialis existimatio: vt fieri nō possit: veluti si illa qdē existimatio sit homini sube rōne cōpetere. Hec aūt homini qdē: sed nō illo cōpetere mō. Idē est eniꝫ id circa qd vtraqꝫ sit. Est eni hō: sed modus nō est idē: vt pꝫ. Ex his āt emergit fieri nō posse: vt simul idē opinet qsqꝫ ac sciat. Nā simul existimationē hēet: ⁊ aliter ⁊ nō aliter idē sese hēe. Qd qdē fieri nequit. Eteniꝫ fieri qdē pōt: vt in alio atqꝫ alio sit eiusdē vtrūqꝫ: sicuti diximus: sꝫ in eodē si hoc pacto fieri nequit. Hēet enim simul existimationē hominē per se aial esse: ⁊ nō per se aial esse. Quorum primum est non posse: secūduꝫ sit posse hominem non animal esse.

K

L

¶ Eiusdē aūt opinio ⁊ scia nō penitus est. Et sicut falsa ⁊ vera eiusdē quodāmō est: ⁊ sic scia ⁊ opinio eiusdē: ⁊ opinionē .n. verā ⁊ falsaꝫ: sicut dicūt qdā eiusdē esse: icōueniētia accidit appetere alia ⁊ non opinari qd opinat falso. Qm̄ aūt idē multiplr dr̄. est sicut ɔtigit: est aūt sicut nō. Cōmēsuratū .n. eē diametrū coste vere opinari icōueniēs est: sꝫ ꝙ diametros circa quā sūt opiniones idē: sic eiusdē est. Sꝫ ꝙ aliquid erat esse vnicuiqꝫ ſm rōnē nō ideꝫ est. Similr autē ⁊ scia ⁊ opinio eiusdē est. Hoc quidē enim sic aial est: ꝙ nō est ɔtingē nō esse aial: sed illa qdē qd est ɔtingē. Ut si hoc qdeꝫ qd vere hois: illa xͦo hois est qdē: nō aūt veri hois. Idē .n. est qz hō: hoc aūt nō sic idē. Manifestū aūt ex his est ꝙ neqꝫ opinari: simul idē ⁊ scire ɔtingit. simul

M

Vide in anno.
Vide in annot.

Vide in annot.

enim vtiqꝫ haberet opionē alr̄ habēdi ⁊ nō alr̄ idē esse: qd vere nō ɔtigit. In alio eni vnūqdqꝫ esse ɔtigit eiusdē: sicut dictū est: sed in eodē nihil sic pōt esse. Haberet .n. opionem sil: vt ꝙ hō esset ꝙ vere est aial: hoc enim sic contingere.

N

¶ Soluit primā dubitationē que est de identitate sciti ⁊ opinati. Ubi ɔsiderādū est ꝙ nō est incōueniēs id qd est scituꝫ ab vno: esse opinatū ab alio: qz qd vnus accipit vt ipole alr se habere q̄si scitū: alter accipit vt ɔtingēs alr se hēe q̄si opinatū. Sed ꝙ idē hō de eodē simul habeat opioneꝫ ⁊ sciam: nō est verū oino. sꝫ aliquo modo. Sicut .n. falsa opio ⁊ vera opio pnt esse de eodē quodāmō: sed non simplr: sic ēt est de opinione ⁊ scia. Si qs eni diceret ꝙ opio vera ⁊ falsa essent penitus de eodē: sicut aliq dicūt. puta illi q dicebāt ꝙ omne qd alicui videt est verū: vt dr̄ in 4ͦ meta. ille qui sic diceret. vellet ɔsequi aliqua icōueniētia: ⁊ multa qdeꝫ alia que posita sunt in 4ͦ meta. que ɔsequunt ex hoc ꝙ aliqs dicit ideꝫ esse verū ⁊ falsuꝫ: ⁊ specialr hoc icōueniēs ɔsequeret ei ꝙ nulla opio esset falsa. ⁊ ꝙ ille q opinat falsa nō opinaretur. Non ergo pōt dici ꝙ vera opinio ⁊ falsa sint eiusdē simpliciter. Sed qz idē dr̄ multiplr: ɔtingit quodāmodo opinionē verā ⁊ falsaꝫ esse eiusdē. ⁊ quodāmodo nō. Si eniꝫ accipiat idē subm ſm rē de quo sunt opiones: sic de eodē pōt eē opinio vera ⁊ falsa. Si aūt accipiatur idē esse ipsuꝫ enuntiabile opinatū. sic hoc est ipossibile. puta diametruꝫ esse cōmensurabilē lateri quadrati opinat aliqs falsa opinione: ⁊ icōueniens est dicere. ꝙ hoc enūtiabile aliqs opinet vera opinione. Sed ſm ꝙ accipimus ipsuꝫ subiectū enūtiabile diametrū: sic eiusdē pōt esse opinio vera ⁊ falsa. Naꝫ circa diametrū: vnus vere opinat ꝙ sit vere incōmensurabilis: alius false ꝙ sit cōmensurabilis. Et sic manifestū est ꝙ id de quo est opio ⁊ scientia: ⁊ si sit idē subto: non tñ est idem ſm rōnem. Est enim idē subto diametrū cōmensurari: ⁊ diametrū non cōmensurari: qz subm vtriusqꝫ enūtiabilis est idē: tñ manifestū est ꝙ rōne differt diametrū ſm ꝙ accipit vt cōmensurabilis: ⁊ ſm ꝙ accipit incōmensurabilis. Et sic opinio vera ⁊ falsa pnt esse eiusdē subti: non aūt eiusdem ſm rōnem. Similr est etiā de scia ⁊ opione. Naꝫ scia qdē est de hoc ꝙ aliqs sciat aial. ita tñ ꝙ nō ɔtingat id nō esse animal: sꝫ opinio est de hoc ꝙ aliqs scit aial: ita tñ ꝙ contingat illud non esse aial. Puta si scia sit ꝙ homo vere sit id qd est animal: ⁊ sic ipossibile sit se habere. opinio xͦo sit de hoc ꝙ homo nō vere sit id qd est aial: ⁊ per hoc ɔtigat aliter se habere. Manifestū est enim ꝙ idē est subm ⁊ scituꝫ ⁊ opinatū qd est homo: sed non est vt idē rōne. Sic ergo ex dictis manifestum est ꝙ non cōtingit oino simul idem scire ⁊ opinari. qz simul homo haberet existimationē ꝙ posset alr se habere: ⁊ ꝙ nō posset alr se habere. Sed in alio hoie hoc ɔtingit ꝙ de eodē vnus hꝫ sciam ⁊ alius opionem sicut dictū est. In eodeꝫ xͦo hoie non ɔtingit ratione iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

Ter. cō. 35. ⁊ inde.

O

Ter. cō. ⁊ inde.

P

Q

¶ De reliqs aūt quo nā pacto distribuēda sint: de mēte inquā: de intellectu: de scia: de arte: de prudentia: de sapiētia: alijs in locis ꝑtractabit. Quedam enim ipsoꝝ ad naturalē: quedam ad morum magis pertinet contemplationem.

¶ Reliq̄ aūt qūo opꝫ distribuere in rōnē ⁊ intellectū ⁊ sciaꝫ ⁊ artē ⁊ prudētiā ⁊ sapiaꝫ: hec qdē phẏsice: illa xͦo ethice speculatiōis magis sṫ.

¶ Cōparat sciam ad aliquos habitus q se habēt ad veꝝ. Et primo ad illos habitus q sunt de ɔclusionibus. Scdo ad habitum q specialr respicit mediuꝫ. ibi[Solertia autem ⁊c.]

Dicit

A Dicit ergo primo q̄ reliqua ab opinione ad cognitionē pri-nentia quō distinguunt̄ in rōnem ꝛ itellectū ꝛ sciaȝ ꝛ artē ꝛ prudentiaȝ ꝛ sapiam: quātū ad aliqd ptinēt ad ꝯsiderationē phie p̄me: vel ēt phie nālis: quantū aūt ad aliqd ad ꝯsideratione phie moralis que dr̄ ethica. ¶ Ad cuius euiaētiā sciēdum est q̄ Aristo. in 6° ethicorū ponit qnque que se habent semp ad verū. s. artē, sciam, sapiam, prudētiā, ꝛ itellectū: subiungēs duo que se habēt ad verū ꝛ falsū. s. suspitionē ꝛ opinionē. Prima aūt qnqȝ se hnt soluȝ ad veruȝ: qꝛ iportant rectitudinē rōnis. Sed tria eoꝝ. s. sapia, scia, ꝛ itellectus, iportant rectitudinē cognitionis circa necessaria. Sciētia qdem circa ꝯclusiones. itellectus aūt circa p̄ncipia. sapia autē circa altissimas cās que sunt cause diuine. Alia ꝟo. s. ars ꝛ prudentia iportant rectitudinē rōnis circa cōtingentia. Prudentia qdem circa agibilia. i. circa act⁹ q̄ sunt in operante: puta amare: odire: eligere: ꝛ hꝰ que ptinent ad actus morales: quoruȝ etiaȝ est directiua prudētia. Ars aūt importat rectitudinem rōnis circa factibilia. i. circa ea que agunt̄ in exteriorē materiam. sicut est secare ꝛ alia hꝰ opera in qbus dirigit ars. Hic aūt addit rōnem que ptinet ad deductionē p̄ncipiorū in cōclusiones. Determinare qdem de sapia quid sit: ꝛ quō se habeat ꝛ de scia ꝛ itellectu ꝛ arte: ptinet aliqualr̄ ad phiam primā. Prudentia ꝟo ptinet ad ꝯsiderationē moralē: itellectus ꝛ rō s̄m q̄ significant potētias quasdaȝ ptinent ad ꝯsiderationē naturalē: vt pȝ in libro de anima. ¶ Deinde cū dicit.

B ¶ Solertia ꝟo bona q̄dā est ꝯiectatio medij in tēpore admodū breui: veluti si qspiaȝ hoc viso lunā eā ptē q̄ est versus solē lucidā semp hr̄e: cito pceperit: ppterea idipsuȝ effici qd̄ lumen ex sole suscipiat luna: aut si viso paupere diuitem adeunte: hoc illū ppterea facere q̄ mutuo argētum accipit: itellexerit: aut si cognouerit cur hi sūt amici: qꝛ sūt eiusdē hoīs inimici: Oēs enim medias causas q̄ vidit: extrema cognouit. Lucidā ptē ꝟsus solē hr̄e sit. a. Solis lucere lumine sit. b. luna sit. c. Igit̄ ipsum. b. id est solis lucere lumine cōperit. c. ipsi iquā lune. At ipȝ. a. lucidā inquā semp versus solē habere pteȝ ipsi. b. inest: q̄re fit vt. a. per. b. medium ipsi cōpetat. c.

C ¶ Solertia aūt est subtilitas q̄dā in nō pspecto tēpore medij inueniēdi: vt si aliqs vidēs q̄ splēdorē semp hȝ a sole luna: statim itellexit ppter qd hoc fit: qꝛ pp id q̄ illustrat̄ a sole: aut disputantē cū diuite cognouit qm̄ accōmodatus est: aut ppter id q̄ amici sūt qꝛ inimici eiusdē sunt.

D Omnes enim causas medias videns cognouit ꝛ vltimas. Splendiduȝ esse a sole sit in quo. a. lucere a sole. b. luna. c. Inest autem lune qdem c. ipsi inest. b. quod est lucere a sole: ipsi autem b. a. qd̄ est hoc esse splendiduȝ a quo splendor: quare ꝛ ipsi. c. a. per. b.

¶ Facit mentionē de habitu qui spālr̄ respicit medium: ꝛ dicit q̄ solertia est quedā subtilis ꝛ facilis cōiecturatio medij ppter qd̄ aliquid euenit. ꝛ hoc qn̄ non hȝ maximū tēpus ad pspiciendū vel deliberandū. sicut si aliqs vidēs q̄ semp luna qn̄ ꝯuertitur opposita ad solē: splēdorē hȝ per totū: statiȝ itellexit ppter qd hoc fit. s. qꝛ illustratur a sole. Et silr̄ in actibus humanis. Si aliqs videat aliquē pauperē altercantem cuȝ aliquo diuite: cognoscit q̄ ille diues accōmodauit ei aliquid ꝛ altercat̄ de redditione. Uel si aliquis vidēs aliquos qui prius fuerant inimici eos esse factos amicos: cognouit ꝛ ppter quid hoc fit: qꝛ. s. sunt inimici eiusdē. Et q̄ cognoscere mediū sit cognoscere ppter quid manifestat duplr̄. Primo qdem per rōnem: qꝛ talis solers videns oēs causas medias: cognouit ꝛ vltimas in quas fit vltima resolutio per quas cognoscit̄ ppter qd. Scđo manifestat p exēplum ordinatum in syllo. Ut ponamus lunam esse. c. i. minoreȝ extremitatē. Sed esse splēdidū per oppositionē ad solē sit. a. maior extremitas. Sed illuminari a sole sit. b. i. mediū. C. eniȝ est. b. i. luna habet lumen a sole: ꝛ. a. inest ipsi. b. qꝛ qd̄ habet lumen a sole splēdet ꝯuersum ad solē: ꝛ sic pbatur q̄. a. insit ipsi. c. p. b. Unde pȝ q̄ solertia est quedā pspicacitas velociter apphendēdi mediū. qd̄ ꝯtingit ex naturali aptitudine. ꝛ etiaȝ ex exercitio. Posuit autē diuersa exempla solertie. vt ostendat q̄ in oibus predictis habitibus. s. prudentia ꝛ sapientia ꝛc̄. possit esse solertia. Finis.

E

F

¶ Incipiunt Cōmentaria diui Thome Aquinatis in secundum librum posteriorum Aristotelis.

F A que queruntur tot sane pfecto quot sunt ea que scimus. Querimus autē quatuor: esse: propter quid est: si est: atqȝ quid est.

Q Uestiones sunt equales numero his quecunqȝ vere scimus. Querimus autem quatuor: quia: propter quid: si est: quid est. Lectio. I.

P Ostq̄ꝫ phs in primo libro determinauit de syllo demōstratiuo. In hoc libro intēdit determinare de p̄ncipijs eiꝰ. Est aūt duplex p̄ncipiū demōstratiui sylli. s. mediū eius: ꝛ p̄me ppōnes indemōstrabiles. Diuidit̄ ergo liber iste in duas ptes. In p̄ma determinat de cognitione medij in demōstrationibus. In 2° de cognitione primarū ppositionū. ibi [De p̄ncipijs aūt qualiter fiūt cognita ꝛc̄.] Quia enim in p̄mo libro habitū est q̄ ois doctrina ꝛ disciplina fit ex p̄existenti cognitione: in demōstrationibus autem cognitio ꝯclusionis accipit̄ per aliqd̄ mediuȝ: ꝛ per primas ppositiones idemonstrabiles: residuū erat inuestigare qualiter ista cognoscant̄. Prima aūt pars diuidit̄ in duas partes. In p̄ma inuestigat quid sit mediū in demōstrationibus. In 2° parte inquirit quō illud mediuȝ nobis innotescat. ibi [Quō aūt qd̄ qd est ostendit̄.] Quia ꝟo mediū in demonstrationibus assumit̄ ad aliqd inotescendū de quo poterat esse dubitatio vel questio: ideo circa primū duo facit. Primo eniȝ ponit numerū q̄ōnum. Scđo ex ipsis questionibus inuestigat ppositū. ostēdens q̄liter q̄ōnes pertineāt ad mediū demonstrationū. ibi [Querimus aūt cū queramus.] Circa p̄mū tria facit. Primo enumerat q̄ōnes. Scđo manifestat cōpositas questiones. ibi [Cum qdem enim vtrum hoc.] Tertio simplices. ibi [Quedam autem alio modo.] Dicit ergo p̄mo q̄ equalis est numerus questionū: ꝛ eorū que sciunt̄. Cuius rō est: qꝛ scia est cognitio per demonstrationē acqsita. eoꝝ autē oportet per demōstrationē cognitionē acqrere que ante fuerint ignota: ꝛ de his q̄ōnes facimus que ignoramus. Unde seqtur q̄ ea que queruntur sint equalia numero his que sciuntur. Quatuor autē sunt que q̄runtur. s. quia: ppter qd: si est: ꝛ qd est: ad que quatuor reduci pōt qcquid est queribile vel scibile. ¶ Diuidit aūt in p̄mo topicorū q̄ōnes siue pblemata aliter in q̄tuor: que oia cōprehēdunt̄ sub vna harū q̄ōnū: que dr̄ questio quia. Non eniȝ itendit ibi nisi de q̄ōnibus ad quas dialectice disputatur. ¶ Deinde cum dicit.

G

H

I ¶ Nā cū q̄rimus vtrū hoc an hoc sit plura complectētes hoc pacto: vtrū sol deficiat: an nō deficiat: esse tū q̄rim⁹. Cui⁹ id indiciū est. Hoc. n. īuēto: solē iquā ipsuȝ deficere statiȝ cessamus. Atq̄ȝ si a principio solem deficere scimus: non querimus vtrum deficiat sol.

¶ Cū q̄dē eni vtrū hoc aut hoc sit q̄rim⁹ in numerꝫ ponētes: vt vtrū sol deficiat aut nō: ip̄ȝ q̄ꝛ querim⁹. Signū est. Inueniētes eniȝ q̄ꝛ deficit: pausamus. Et si in principio sciremus q̄ꝛ deficeret: non quereremus vtrum deficeret.

¶ Manifestat ꝓpositas q̄ōnes: ꝛ p̄mo cōpositas. Ad cui⁹ euidentiā ꝯsiderādū est q̄ cū scia nō sit nisi veri: verū aūt significat solū p enūtiationē: op̄ȝ solā enūtiationē esse scibilē: ꝛ p ꝯñs queribilē. Sicut aūt in 2ᵒ peri hermenias dr̄: enūtiatio dupl'r formaẗ. Uno q̄dēȝ mō ex noīe ꝛ verbo absq̄ȝ aliquo apposito: vt cuȝ dr̄ homo est. Alio mō q̄ñ aliq̄d tertiū adiacet: vt cū dr̄. homo est alb⁹. Pōt ergo rō formata referri vel ad p̄mū modū enūtiationis: ꝛ sic erit quasi q̄ō simplex. Uel ad 2ᵐ modū: ꝛ sic erit questio q̄si cōposita: vel in numerum ponēs: q̄ꝛ. vȝ est q̄ō de cōpositione duorum. Circa hūc ergo modū enūtiationis duplex q̄ō formari pōt. Una q̄dem an hoc sit verū q̄ō dr̄. Et hāc q̄ōnē p̄mo exponit dicens: q̄ cum de aliqua re querimus, vtrū illa res sit hoc aut illud: sic quodāmō ponim⁹ in numerū accipiēdo. s. duo. quorꝫ vnū est p̄dicatū. ꝛ aliud subm̄. Puta cū q̄rimus vtrū sol sit deficiēs p eclypsiȝ. vel nō: ꝛ vtrū hō sit aīal. vel nō: tūc dicimur querere. q̄ꝛ. nō ita q̄ hoc q̄ō dico. q̄ꝛ: sit nota vel signū īterrogationis: sed q̄ꝛ ad hoc querim⁹ vt sciamus q̄ꝛ ita est. Cuius signū est. q̄ꝛ cū inueniremus per demōstrationē: q̄escimus a querēdo: ꝛ si in p̄ncipio hoc sciuissemus nō q̄reremus vtrū ita sit. Inquisitio aūt nō cessat: nisi habito eo q̄ō q̄rebaẗ. ꝛ ideo cū q̄ō qua q̄rimus vtrū hoc sit hoc: cesset habito q̄ ita est: manifestū est quid hꝫ q̄ō querit. ¶ Deinde cum dicit.

K — Lec. 2ª.

L

¶ Cū aūt scimus eē: tū ꝓpter q̄d est dicere ꝯsueuimus. Deficere nāq̄ȝ solē terrāq̄ȝ moueri sciētes: cur deficit q̄rim⁹ aut moueẗ. Atq̄ȝ hec hoc pacto. Quedā alio q̄rim⁹ mō. Querim⁹. n. si sit an nō sit: cētaur⁹ aut de⁹. Si sit āt nec ne simpl'r dico: sed nō si alb⁹ sit: aut nō alb⁹. Hoc ꝑcepto.

¶ Cum aūt scimus ipsuȝ q̄ꝛ. ipsuȝ ꝓpter q̄d q̄rimus: vt scientes quia deficit luna: ꝛ q̄ꝛ moueẗ terra ꝓpter quid deficit: ꝛ ꝓpter quid terra mouetur: querimus: hoc quidem igitur sic.

M ¶ Manifestat ꝯsequentē q̄ōnē que ēt in numerū ponit: ꝛ dicit q̄ cū scimus q̄ꝛ ita est: q̄rimus pp̄ q̄d ita sit. puta cū scim⁹ q̄ꝛ sol est deficiēs per eclypsiȝ. ꝛ q̄ terra est mota in terremotu: q̄rimus pp̄ q̄d sol deficiat: aut pp̄ quid terra moueaẗ. hoc ergo querimus ponētes. s. in numerū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Deū iquā eē: vel hoīeȝ: q̄d est postea q̄rim⁹: vt q̄d est de⁹ q̄d hō. Hec igiẗ ꝛ tot sūt que q̄rere consueuimus: ꝛ que iam scimus inuenta.

¶ Quedaȝ aūt alio mō q̄rimus: vt si est aut non est cētaurus aut deus: hoc aūt si est aut nō est: simpl'r dico: sed nō si albū est aut nō. Cognoscētes aūt q̄ꝛ sunt: q̄d est q̄rimus. vt quid est deus: aut q̄d est homo. Que quidē igitur querimus: ꝛ que inuenientes scimus: hec ꝛ tot sunt.

N ¶ Manifestat alias duas q̄ōnes que nō ponunt in numero: sed sunt simplices: ꝛ dicit q̄ q̄daȝ q̄rimus alio mō a p̄dictis q̄ōnibus. s. nō ponētes in numerū. vtpote si queramus an sit cētaurus vel nō. hic simpl'r querimus de cētauro an sit: non aūt q̄ritur an cētaurus sit hoc. puta albū vel nō: ꝛ sicut scientes q̄ꝛ hoc est illud q̄rebamus ꝓpter q̄d. ita etiā sciētes de aliquo q̄ꝛ est simpl'r: q̄rimus q̄d sit illō. puta quid est deus. aut q̄d est homo. Hec igiẗ ꝛ tot sunt illa que querimus que cuȝ inuenerimus dicimur scire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū aūt q̄rim⁹ eē: aut si est simpl'r: tū si sit: nec ne ipsi⁹ mediū q̄rimus. Atq̄ȝ cognito vel esse: qui quidē modus aliq̄ ex pte rei cōplectiẗ q̄ōnē: vel si est: quod quidem simplex est rei questio: rursus ꝓpter quid est: aut q̄d est querimus: q̄d nam sit tunc ipsum medium querimus.

O

¶ Querimus aūt cū queramus q̄ꝛ aut si est simpliciter: vtrum sit medium ipsius aut non. Cū aūt cognoscētes aut q̄ꝛ est: aut si est: aut in parte aut simpl'r: iterꝫ ꝓpter quid querimus: aut quid est: tunc querimus quid sit medium.

¶ Ostendit qual'r p̄dicte q̄ōnes se hēant ad mediū. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit q̄ō intendit. Scđo manifestat q̄ō dixerat. ibi [Dico aūt q̄ꝛ.] Tertio ꝓbat ꝓpositū. ibi [Cōtingit aūt itaq̄ȝ in oībus q̄ōnibus ꝛc̄.] Circa primū sciēdum est q̄ p̄dictarū q̄tuor q̄ōnū quarum due ponūt in numerū ꝛ due non ponūt: p̄mā vtrarūq̄ȝ in vnā coordinat. s. q̄ōnē: q̄ꝛ. ꝛ q̄ōnē an est. ꝛ dicit q̄ cū q̄rim⁹: q̄ꝛ hoc est hoc: aut cū q̄rim⁹ de aliquo simpl'r si est. nihil aliud q̄rimus q̄̄ vtrū aliq̄ō mediū ipsi⁹ q̄ō q̄rimus sit inuenire vel nō. Q̄ō nō dr̄ s̄m ipsam formā q̄ōnis. nō eniȝ cū q̄ro an sol eclypseẗ: vel an hō sit: ex ipsa forma q̄ōnis quero an sit aliq̄ō mediū quo possit demōstrari solē eclypsari vel hoīem eē. Sȝ si sol eclypsaẗ vel hō est. ꝯñs est q̄ sit aliq̄ō mediū inuenire ad demōstrandū ista que q̄runtur. Nō eni sit q̄ō de imediatis: q̄ ꝛ si vera sunt: nō tn̄ habēt mediū. q̄ꝛ hꝫ cū sint manifesta: sub q̄ōne nō cadūt. Sic ergo qui q̄rit an hoc sit hoc: vel an hoc sit simpl'r: ex cōsequenti querit an sit hꝫ mediū. Queriẗ enim in q̄ōne si est: vel q̄ꝛ est. an sit id q̄ō est mediū: q̄ꝛ id q̄ō est mediū est rō ei⁹ de quo queriẗ an hoc sit hoc: vel an simpl'r. vt infra dicetur. Non tamen queriẗ sub rōne medij. Cōtingit aūt inuēto q̄ō q̄ritur p duas q̄ōnes cognoscere aut q̄ꝛ est: aut si est: quorum alterū est cognoscere esse simpl'r: alterū eē in pte: sicut cū cognoscimus q̄ hō est alb⁹. q̄ꝛ esse albū nō significat total'r eē hoīs. sed significat ip̄m eē aliq̄d. ꝛ ideo cū homo sit alb⁹ non dr̄ esse simpl'r. sed eē s̄m q̄d. Sed cū dicit hō est. significatur ip̄m esse simpl'r: ꝛ cū homo sit ens dr̄ gn̄ari simpl'r. Cū ergo cognito q̄ꝛ est. querimus propter quid est. aut cognito si est: querimus quid est. tunc q̄rimus q̄d sit mediū. Et hoc sil'r est accipiēdū nō s̄m formā q̄ōnis. sed s̄m cōcomitātiam. Non enim qui q̄rit cām ꝓpter quā sol eclypsaẗ: querit ipaȝ vt mediū demonstrās. sed querit id q̄ō est mediū. q̄ꝛ ꝯsequens est vt hoc habito possit demonstrare. Et eadem ratio est de q̄ōne quid est. ¶ Deinde cum dicit.

P

Q

¶ Atq̄ȝ modū tū aliqua ex pte rei q̄ōnē cōplecti dico: cuȝ hoc dr̄ pacto. Deficit ne luna: aut acrescit: tum enim vt patet si quippiam competat: insitq̄ȝ cuipiam queritur. Simplicem hanc q̄ōnē appello. Est ne luna: vel nox: vel dies.

¶ Dico aūt q̄ꝛ aut si est: in parte aut simpl'r. In

parte

A

pre qdē igit̃ vtrū deficit luna: aut augef. Si.n. est aliquid: aut non est aliqd in hꝫ inquirimus. Simplr aūt est: si est aut non est luna aut nox.
¶ Manifestat qō dixerat ꝙ quia est: ꝛ si est differūt sicut in parte ꝛ simplr. Cū.n. q̃rimus vtrū luna deficit: aut vtrū augetur: est qō in parte. In hꝫ eni qōne q̃rim⁹ si luna est aliqd: puta si deficiēs aut aucta vel nō: sed cū q̃rimus an luna sit: siue an nox sit: est qō de esse simplr. ¶ Deinde cum dicit.
A monstrare qd sit aliqd fm suã substantiã:ex tali suppõne:p quã accipiaᵗ qd qd erat esse alicuius rei:ex illis põditionibus que sunt ppzie ei qõgdest.puta si aliqs pbet q aial gressibile bipes sit qõgdest hoĩs:accipiens pro medio q hec rõ couertatur cũ hoie:ꝛ pstat ex genere ꝛ diis. hec aũt sola requiruntᵗ ad qõgdest:ꝛ totũ hoc qd dictũ est:est ppziuz ei qõgdest:qz est esse illi.i.ei qõgdest:quasi dicat:q hoc qd est esse rõnem pueribilẽ ex genere ꝛ differentijs cõstantẽ:est oino idem ei qõgdest. ¶ Deinde cum dicit.

¶ An ꝛ hic rursus sumiᵗ diffinitio: necesse est enim per mediuz ipsum ostendere.

¶ An iterũ accepit qd qd erat esse: ꝛ in hoc necesse est enim per medium monstrare.

B ¶ Obijcit ad pdictã qõnẽ duabus rõnibus:ostendens q nõ põt qõgdest predicto mõ demrãri.quarũ pma est:qz sicut premissi modi demõstrandi deficiũt in hoc q accipiunt id quod queriᵗ.ita est in pposito. Accipiᵗ.n.ꝛ in modo pbationis qd qd erat esse:puta dũ accipiᵗ q ois rõ conuertibilis cõstans ex genere ꝛ dijs significat qõgdest:ꝛ ita icõueniẽs est pbatio. Necesse est.n.id ad qd demonstratio inducitur nõ supponere quasi mediũ:sed potius per aliud mediũ demonstrare. ¶ Scdam rationẽ ponit ibi.

¶ Preterea queadmodũ nec in rõcinatione sumiᵗ qd est rõcinari:semp eniz tota vel pars est ppositio ex qb⁹ rõcinatio pstat:sic neqz diffõnẽ opz in rõcinatione inesse:sed seorsuz a ppositionibus esse. Atqz vt si quis ambigat:si rõcinatio sit cõfecta nec ne:obuiandũ est asserẽdo rõcinationẽ esse extructã:id eniz rõcinatio:sic ꝛ ad eũ

C qui dicit nõ diffõnẽ esse cõclusaz asserenduz est diffinitionẽ esse pclusaz. Id enim nobis supponebaᵗ esse rõ diffõne. Quare necesse est ꝛ sine rõcinationis ꝛ sine diffinitionis rõne:aliqd per ratiocinationem conclusum esse.

¶ Amplius sicut in syllõ neqz accipit qõgdest syllogizare:semp eniz totũ aut pars est ex qbus est syllõs. sic neqz qd qd erat esse opz esse in syllogismo:sed seorsuz hoc appositis esse. ꝛ ad dubitãtẽ:syllogizatũ est:aut nõ:est h pdicere:qm̃ hic erat syllõs. Et adhuc q neqz qd erat eẽ syllogizatũ est:qm̃ vtiqz est:h.n.positũ est nobis qd qd erat esse. Quare necesse est sine eo qõgdest syllõs:aut qd qd erat esse syllogizare aliqd.

D ¶ Que sumiᵗ ex similitudine syllogismi. Cũ.n.aliqs syllogizat.nõ opz q accipiat diffõnẽ syllogismi ad syllogizandum: qz ea ex qbus pcedit syllõs hoc mõ se habẽt:q semper qõlz eorum est aut tota ppositio.i.vniuersalis seu maior:aut est pars.idest particularis seu minor que sumiᵗ sub maiori. Et ita diffõ syllĩ nõ est aliqd eoꝝ ex qbus pcedit syllõs. Et silr si aliqs velit syllogizare qd qd erat esse alicuius rei:nõ opz q accipiat qd sit qd qd erat esse:sed opz hoc seorsum haberi in mente:preter ea que ponuntᵗ in diffõne vel syllõ. Duid enim rõnes syllogismi ꝛ diffõnes se hñt in diffiniendo ꝛ syllogizando sicut regule artis ad quas dz aspicere artifex in operando. Artifex enim q facit cultellũ:nõ facit operando regulaz fm quã operaᵗ:sed fm regulã quã hz in mente examinat an cultellus bñ sit factus. Et ita etiam ille qui syllogizat nõ accipit rationẽ syllogismi in syllogizando:sed examinat syllm factũ.an sit bonus. Unũ si aliqs dubitet de syllogismo facto an sit syllogizatũ vel nõ:poterit syllogizans obuiare.ostendendo q syllõs sit tale aliqd. Silr etiam ei qui intendit syllogizare qd qd erat esse:pouenit vt habeat seorsum in mente rationez eius qd qd erat esse:vt si aliquis dicat q nõ est syllogizatum qd qd erat esse.ipse dicat q imo:qz tale aliqd poniᵗ qd qd erat esse. Si ergo pz q syllogizans qd quod erat esse:nõ dz sumere qd est syllogismus:neqz qd est quod qd erat esse. ¶ Deinde cum dicit.

E

¶ At.n.neqz sic bñ sese habebit ipsius qd est pbatio:si ex suppositione ẽt qspiã ipsum ostẽdat hoc pacto:si rõ mali est diuisibile esse:qb⁹ autẽ est cõtrarium:coꝝ ꝛ rõ pṫraria est rõni cõtrarij atqz bonũ est malo pṫrariũ: ꝛ indiuisibile diuisibili:rõ boni nimirum est indiuisibile esse.

F

¶ Et si ex suppositione alia demõstret: vt si malo inest diuisibile esse. in pṫrario aũt pṫrarij esse in qb⁹ est pṫriũ:bonũ aũt pṫrio malo: ꝛ indiuisibile diuisibili:est itaqz bonũ eẽ idiuisibile.

Tex.p.6. Vide in anno.

¶ Ostendit q nõ põt demõstrari qõgdest vnius rei ex qõgdest alterius rei. Et circa hoc duo facit. Primo pponit qd intendit. Scdo pbat ppositũ.ibi[Etenĩz hic accipiens ꝛc.] Dicit ergo pmo q etiã nõ pbaᵗ qõgdest.si aliqs velit hoc pbare ex suppositione qõgdest alteri⁹ rei.puta si aliquis sic pcedat accipiens q idem sit esse diuisibili ꝛ malo.i.q diuisio sit qõgdest mali:ꝛ vlterius argumenteᵗ sic. In omnibus que habent pṫriũ:pṫrarij est pṫrariũ qõgdest.sed bono est cõtrariuz malũ:ꝛ indiuisibile est pṫrariuz diuisibili:sequitur g q indiuisibile sit qõgd ipsius boni. Et sumuntᵗ ista exempla fm Platonem:qui posuit q eadem est ratio vnius ꝛ boni. Uidemus enim q vnũqdqz appetit vnitatem sicut ppziuz bonum. vnũ aũt est idem qd indiuisibile:ꝛ sic per oppositũ sequitur q malum sit idẽ qd diuisibile. Unũ eniz refugit diuisionem sui:qz per hoc tendit ad diminutuz ꝛ imperfectũ. ¶ Deinde cum dicit.

G

¶ Et hic.n.accipiens:diffinitionem ostendit.

¶ Etenĩz h:accipiẽs qd qd erat esse:demõstrat.

¶ Probat ppositũ.i.q non possit demonstrari qõgdest. Et Et hoc duabus rõnibus:quaꝝ pma est:qz ẽt in hoc modo pbationis demonstrat aliquis:accipiẽdo qd qd erat esse:ꝛ ita accipit qd opz pbare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sumit aũt diffõnẽ ad ostẽdendã diffõnẽ. At sit aliqd aliud. Et in demrãtionibus eniz aliqd de alio dici sumiᵗ. Nõ tamen ipsuz neqz id cui⁹ est eadem ratio atqz conuertitur.

¶ Accipere aũt ad demrãtionez qd qd erat esse alterũ tm̃ sit: ꝛ in demrãtionib⁹ est:qm̃ est h de hoc:sz nõ ipz:neqz cui⁹ eadẽ ipsa rõ: ꝛ pũertiᵗ.

Vide in anno.

H

¶ Et dicit q nõ solũ est incõueniens q accipiaᵗ qd qd erat esse ad demonstrandũ:sed ꝛ alterũ incõueniens sit q accipitur qd qd erat ad demõstrãdũ qd qd erat esse:qz etiaz in demõstrationib⁹ in qb⁹ pbaᵗ hoc de hoc:puta passio de subo: accipiᵗ p medio qd qd erat esse:nõ tñ qd qd erat esse quod accipiᵗ est ipm vz qd dz pcludi:vel aliqd qd habeat eandẽ rõnem ꝛ cõuertaᵗ. Eandẽ aũt rõnẽ hz q bonũ sit indiuisibile:ꝛ malũ diuisibile.ꝛ hec duo cõuertuntᵗ:qa posito vno ponitur alterum:ꝛ ecõuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vtrosqz aũt:quoꝝ alter diuisione/alter tali rõcinatione ostendit/eadẽ est dubitatio:cur hõ

I simul aial bipes gressibile: sed non aial seorsuz: ⁊ bipes erit seorsuz. Nulla naq̄z necessitas cogit vt ex his que sumunt̄ vnū efficiat̄ qḋ p̄dicetur: sed erit forsitan perinde atq̄z idez homo ⁊ musicus est ⁊ grāmaticus.

¶ Ad vtrosq̄z aūt ⁊ s̄m diuisionē demonstrantē ⁊ ad sic syll'z est eadē oppositio: pp̄ qd est hō aial ⁊ bipes gressibile: sed nō aial ⁊ bipes. Ex acceptis.n. neq̄z vna necitas ē vnū fieri qḋ p̄dicat̄: s̄z vtriq̄z idē erit hō ⁊ grāmatic⁹ ⁊ musicus.

¶ Inducit rōnē cōem ꝯtra euz q demonstrat ex suppositione ⁊ diuisione: ⁊ dicit ꝙ eadē oppositio habet locum contra vtrosq̄z.s. contra eū qui vult demonstrare qd̄ qd est per diuisionem. ⁊ ꝯtra eū q vtit̄ suppositione qd̄ qd est in syllo. Manifestū est.n. ꝙ diffō significat vnū aliqd. vñ ea que ponuntur in diffōne ad significandū vnitatē: debent poni absq̄z copula. vt dicat̄ ꝙ hō est aial gressibile bipes. nō autē dz dici ꝙ hō sit aial ⁊ bipes. Vñ si aliqs vult p̄bare qd̄ qd est. opz ꝙ p̄bet que assumunt̄ fieri vnū. Sed non est necessarium s̄m predictas vias diuisionis ⁊ suppositionis. ꝙ ex his que accipiunt̄ ad diffiniendum fiat vnuz predicatum: sed poterit eē ꝙ sint multa: puta si dicatur ꝙ est grammaticus ⁊ musicus. Videtur ergo ꝙ s̄m vias predictas non probetur qd̄ qd est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec aūt ita sint quonā pacto is q diffinit substantiā: ⁊ ip̄z qd est ostendet rei differēde: neq̄z enim vt is qd demōstrat ex hisce que concedūtur notū faciet ipsuz: vt cum illa sint necessario aliquid aliud sit. Hec.n. est demr̄atio: neq̄z etiā vt is qui per singula nota inducit vniuersa. Ex

L eo sic se habere: q̄z nihil singulo⁊ sese aliter hz. Non enim quid est: sed esse: aut nō esse ostēdit. Quis igitur alius modus restat. Non eniz sensu vel digito demonstrabitur.

¶ Qualiter igitur diffiniens demonstrabit substātiā: aut qd̄ qd est. Neq̄z eniz sicut demōstrās ex certis esse: manifestū faciet qḋ necesse est: cū sint illa alterū esse aliqḋ. demonstratio eniz hec est: neq̄z demonstrabit sicut inducēs per singularia cū manifesta sint: qm̄ oē sic cui nihil aliter est: nō enim qd est demonstrat: sed qm̄ est: aut non est. Quis igitur est modus relictus. Non enim monstrabit sensu: aut digito.

M ¶ Cōcludit ex premissis ꝙ nullo mō pōt p̄bari qd̄ qd est. ⁊ dicit. Si igit̄ neq̄z p̄ terminos cōuertibiles: neq̄z p̄ diuisionem: neq̄z p̄ suppositionē demonstrat̄ qd̄ qd est: quo modo igit̄ diffiniēs poterit demonstrare sbām rei: vel qd̄ qd est. Jam enim ex p̄missis pz ꝙ nō p̄bat: sicut manifestū faciēs ex his que sunt p̄ se nota ꝙ necesse sit alterum aliqd sequi p̄ ea que dicta sunt: ꝙ requirit̄ ad demonstrationez. Relinqt̄ aūt preter tres modos quartus modus qui est p̄ īductionē. Sed nec cōtingit p̄bare qd̄ qd est per singularia manifesta scilz ꝙ aliqd predicet̄ de oībus: ⁊ nō sit aliqd eorū ꝙ aliter se habeat: q̄z sic inducendo non demonstrabit qd̄ qd est: sed demonstrabit aliqd esse vel non esse: puta ꝙ ois hō est aial vel nullus hō est lapis. Nullus aūt alius modus relinquit̄ ad demonstrandum qd̄ qd est: nisi forte modus demonstrationis q est ad sensuz: sicut cum demonstrat̄ digito.

N Manifestū est aūt ꝙ hic modus nō pōt cōpetere in p̄posito: quia qd̄ qd est nō est obiectū sensus: sed intellectus. vt dr̄ in 3° de aia. Relinquit̄ ḡ ꝙ nullo mō possit demr̄ari qd̄ qd est. Tex.2.9.

¶ Preterea quonā pacto ipsuz qd est: ostēdet. Necesse est eniz eū qui scit: qd est hō: aut aliud quoduis: ⁊ esse ēt scire. Jd eniz qḋ nō est in ratione: nemo scit vnq̄ quid est: s̄z quid nā oratio vel nomen significat: cū dico hippocentaurus bene percipimus. Fieri ṽo nequit vt sciamus quid hippocentaurus est.

¶ Amplius autē quo mō monstrabit qd̄ qd est. Tex.2.7.

O Necesse est eniz qd̄ qd est hō aut aliqḋ quomodolibet scire q̄z est. Qḋ.n. nō est: nullus scit qd est: sed quid sign̄at diffinitio quidē: aut nomen cū dico tragelaphus: quid aūt est tragelaphus impossibile est scire.

Lectio. VI.

POstq̃ phs ostēdit ꝙ nō cōtingit demonstrare qd̄ qd est: inducendo per singulos modos qb⁹ aliqd demr̄ari pōt. hic ostendit p̄positū per rōnes cōes. Et circa hoc tria facit. P̄rio p̄mittit qddā qḋ est necessariū ad p̄positum ostendēdū. Scḋo ostēdit p̄positū. ibi [At ṽo si demōstrabit qd̄ qd est.] Tertio epilogat que dicta sunt. ibi [Ex his igit̄ neq̄z diffinitio ⁊c.] Dicit ḡ p̄mo ꝙ nō videt̄ esse possibilis aliqs modus quo aliqs demonstret qd̄ qd est esse hois: ⁊ hoc ideo: q̄z necesse est ꝙ quicūq̄z scit qd̄ qd est esse hois vel cuiuscunq̄z rei ꝙ sciat rem illā esse. Quia.n. nō entis non est aliqua qdditas vel essentia: de eo qḋ nō est nullus pōt scire qd̄ qd est: sed potest scire significationē nois vel rationem ex pluribus noibus cōpositā. sicut pōt aliqs scire qd significat

P hoc nomen tragelaphus vel hircoceruus qḋ idē est: q̄z significat qddam aial compositum ex hirco ⁊ ceruo: sed impossibile est sciri qd̄ qd est hircoceruū: quia nihil est tale in rerum natura. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At ṽo si quid est: ostenderit: ⁊ esse quoq̄z ostendet. Et quonā mō rōne eadem ostendet. Nam vnuz quiddā diffinitio ipsa declarat. Et demonstratio ēt vnū. Quid aūt est hō: ⁊ hoiez esse: diuersa sane: nō eadem sunt.

¶ At ṽo si demōstrabit quid est. ⁊ q̄z est: ⁊ qualiter eadē rōne monstrabit. Diffinitio.n. quoq̄z vnū aliqd manifestat ⁊ demōstratio. Jd autez qd̄ qd est homo: ⁊ esse hominem aliud est.

Q ¶ Ex eo qḋ p̄missuz est p̄cedit ad p̄positū ostendēdū. Circa hoc duo facit. P̄rimo ostendit ꝙ non pōt ostendi qd̄ qd est demonstratione. Scḋo ꝙ nō pōt ostendi diffōne. ibi [Si ḡ ⁊ diffiniens demr̄at.] Circa p̄m̄ ponit tres rōnes quarū p̄ma talis est. Sicut diffō inducit̄ ad manifestandū aliqd vnum: inquantū.s. ex ptib⁹ diffōnis fit vnū p̄ se. ⁊ nō p̄ accñs: ita ēt opz ꝙ demr̄atio que vtit̄ diffōne tanq̄ medio: vnū aliquid demonstret. Opz.n. ꝯclonē esse medio p̄portionatam. Et ita pz ꝙ p̄ vnā ⁊ eandē demr̄ationē nō p̄nt diuersa demōstrari [sed aliud est qd̄ quid est hō ⁊ esse hoiem.] Jn solo.n. p̄mo essendi p̄ncipio qḋ est essentialr̄ ens ipsuz esse ⁊ qdditas ei⁹ est vnum ⁊ idē: in oibus aūt aliqs que sunt entia per participationem: opz ꝙ sit aliud esse ⁊ qdditas entis. Non est ergo possibile ꝙ eadem demonstratione demonstret aliqs quid est: ⁊ q̄z est. ¶ Scḋam rationem ponit ibi.

A ¶ Deinde etiam dicimus omne quoduis nisi sit substantia necessario per demonstrationem esse ostedi. Esse vo rei: nullius est vt ps substatia. Id eni qd est: nō est genus. Demonstratio igit idest quo quidpiā ostendit esse: qd qde et nūc ipse scie faciunt. Geometra nāqz qd significat qdem triangulus sumpsit. Esse aūt ipsum demonstrat. Quo mō igit ostendet ipse diffiniēs qd est triāgulus. Sciēs ergo qspiā diffōne qdpiā qd est: si sit illud nesciet. At nūcq fieri pōt.

Vide in uno. ¶ Postea τ per demonstrationē dico necessariū esse oē demōstrare quia est: nisi substātia sit esse: aut nulla substātia est. Nō enim est genus B qd est. demonstratio vtiqz erit qdqdest qd vere τ nūc faciunt scie. Quid enīz significat triangulus accepit geometra: quid aūt est demonstrat. Quid igit monstrabit diffiniens. qd est. non qz est. vt triangulū. Sciēs itaqz aliqs diffōne qdqdest. si est nō sciet. Sed impossibile est.

¶ Que talis est. Scdm cōmune sapiētū dictū: necessariū est q oē. i. primū totū qd per demrationē demōstrat sit ipsum quia est. nisi forte aliqs dicat q hoc ipsum qz est sit substantia alicuius rei. Hoc aūt est impole. Hoc enim ipsum qd est esse: non est suba vel essentia alicuius rei in genere existentis. Alioquin oporteret q hoc qd dico ens: esset genus: qz genus est qd predicaf de aliquo in eo qd quid. Ens aūt nō est Tex. 2.10 genus: vt pbaf 3° metaphy. Et ppter hoc etiaz deus qui est suum esse/non est in genere. Si aūt qz est esset suba alicuius C rei: simul cū aliqs ostenderet qz est: ostēderet quid est. τ ita non totum quod demonstratio demōstrat esset qz est. Illud autem est falsum. Ergo patet q demonstratio solum demōstrat quia est. Demonstrat enim enuntiationem aliquā que significat esse τ nō esse. Et hoc etiaz apparet in processu sciētiarum. Geometra enim accipit quid significat hoc nomen triangulus τ demonstrat q sit. puta cum demonstrat. Sup lineam rectam datam contingit triangulum equilaterū cōstituere. Si igitur aliqs demonstraret solum quid est triangulus: preter morem demonstrationum quibus vtunf scie: non demonstraret hoc totum quod est triangulum esse: sed demonstraret solum hoc qd dico triangulū. Sicut enim pp hoc q esse non est substantia rei: ille qui demonstrat esse/B solum demonstrat: ita si aliquis demonstraret qd est: hoc solum demonstraret. Sequeretur igitur q aliquis sciens per D diffinitionem quid est: nesciret an est: qd est ipossibile: vt ex predictis patet. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Patet aūt per ipsos et diffinitionū: que nunc assignanf modos eos qui diffiniūt nō ostēdere esse. Nam τ si est medio quid equale: tñ cur est ipsum diffinitūz. Et ppter qd hoc circulus est. quereſ. Poterit enīz illud dicere quispiā diffōnem orichalci etiā esse. Neqz. n. id esse posse qd dī: ipse diffōnes isup faciunt manifestū. Neqz illud τ non aliud esse cuius inquiunt diffōnem esse: sed ppter quid semper dicere licet.

Vide in uno. ¶ Manifestū aūt est hz nūc modos terminoꝝ q nō demōstrāt diffinientes: qz est. Si. n. est ex medio aliqs equale: sed ppter qd est qd diffinitur: τ ppter quid est circulus: esset enim vtiqz E τ montis enei dicere ipsaz. Neqz. n. q possibile sit eē qd dī cū assignanf termini: neqz qd illud est cuius dicunt esse diffinitionem: sed semper licet dicere propter quid.

¶ Per exempla consuetarū diffōnū manifestat idem qd in precedenti rōne est cōclusum. i. q monstrans quid est: non monstrat: quia est. Unde dicit manifestum esse non solū sz predicta. sed etiā sm modos terminorū id est diffinitionū que nunc sunt in vsu q illi qui diffiniunt: non manifestant qz est: puta qui diffinit circulum dicens q est aliqd ex cuius medio linee ad circunferentiā ducte sunt equales: adhuc restat questio ppter qd oporteat poni esse id qd diffinif. puta ppter quid oporteat poni q sit circulus qui pdicto modo diffinif. Conuenit enim aliquā similem rōnem dicere montis enei. puta q est corpus eneūz in altū τ vsquequaqz diffusum: τ tamen adhuc restat querere an sit aliqd tale in rerū nā. Et hoc ideo qz termini. i. rōnes diffinitiue non declarant q illud de quo assignanf: aut sit: aut possibile sit esse: sed semper assignata tali ratione: licet querere si oporteat tale aliqd esse. Sic igitur patet q impole est q simul demonstref qd est: τ quia est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igif is qui diffinit: aut qd est ostendit: aut quid ipsum nomen significat. Si diffinitio nullo pacto est ipsius quid est: erit ipsa pfecto oratio idem qd nomen significans.

¶ Si ergo diffiniens demonstrat: aut quid est: aut quid significet nomen. sed nō est vllo modo eius quodquidest: erit vtiqz diffinitio τ ratio nominis idem significans.

G ¶ Ostendit q non potest ostendi qdqdest diffinitione ducēdo ad inconueniens. vnde pmo pponit. scdo ostendit qd ex hoc sequatur. ibi [Sed inconueniens τc.] Dicit ergo pmo q cum ille qui diffinit possit ostendere vel quid est: vel tñ qd significat nomen non propter hoc oportebit q diffinitio sit manifestatiua ipsius quodquidest quod pprie pertinet ad diffinitionem. alioquin sequetur q diffinitio significans qd quidest nihil sit aliud q ratio significans idem quod nomen: nec enim super talem rōnem addit aliquid diffinitio nisi quia significat essentiam alicuius rei. vnde si non sit aliqua res cuius essentiam diffinitio significet. nihil differt diffinitio a ratione exponente significationem alicuius nominis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At hoc absurdū est sane. Prio nāqz τ nō substantiarū: τ eorū que non sunt in ratione rerū erit vtiqz diffinitio. Nam τ ea que non sunt significare nomine licet.

H ¶ Sed inconueniens est. Primum quidē τ nō substantiam vtiqz esset: τ eorum que nō sunt. Significare. n. est etiam que nō sunt.

¶ Ostendit inconueniens esse q diffinitio nihil aliud sit q ratio exponens nois significationē. Et hoc tribus rōnibus. quarū pma est. q ↄtingit etiā ea que nec sunt substantie: nec sunt vlr entia: aliquo nomine significare. Quodlibet autem nomen per aliquam interpretationem exponi pōt. Si ergo nihil aliud esset diffinitio q rō interpretatiua nois: sequeref q diffō esset nō subaꝝ τ totaliter nō entiū: qd pz esse falsuz. Ostensum est enim in 7° metaphysice q diffinitio pncipaliter quidem est substantie: aliorū autem inquantū se habent ad substantiam. ¶ Scdam rōnem ponit ibi. Tex. 2.4.

I ¶ Deinde oēs orationes diffōnes erunt sine discrimie vllo. Fieri nāqз pōt vt cuiuis orationi nomen ponatur. Quare diffōnibus disserem⁹ omnes atqз loquemur. Et ilias ipsa diffō erit.

¶ Amplius diffōnes oēs rōnes essent. Esset enī vtiqз nomen ponere cuilibet rōni. Quare oēs terminos vtiqз disputaremus: ⁊ ilias diffō sit.

¶ Que talis est. Cuilibet rōni .i. orationi aliqd significāti est sponere aliqđ nomen qđ est ei correspondens qđ per illam rationem manifestaꝛ. si ergo nihil aliud est diffinitio ꝙ rō interpretatiua noīs. sequeꝛ ꝙ oēs rōnes essent diffinitiones. ⁊ ita sequeꝛ cū disputamus vel colloquimur adinuicem ꝙ ipse disputationes vel collocutiones nostre sint quedam dif K finitiones. ⁊ similr sequeꝛ ꝙ ilias .i. poema Homeri de bello troiano sit quedā diffō. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Preterea nulla scia demōstrabit. Hoc nomē hoc indicare ac significare: ergo nec diffinitiones idipsum indicant.

¶ Amplius neqз vna sciētia demonstrat vtiqз ꝙ hoc nomen eius qđqđest significat: neqз diffinitiones igitur huius assignant.

¶ Que talis est. Nulla scia demonstrat ꝙ tale nomen significet talem rem. Noīa eniз significant ad placitū. vñ opз ħ supponere ſm voluntatē instituentis. Manifestuз est ergo ꝙ diffōnes nō significant hoc .s. solam nominis interpretationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex his igiꝛ nec idē esse diffōnē rōcinationē ꝗ videꝛ. Et insuper neqз diffōnem demonstrare L qđnam sit quicꝗ: fieriqз nō posse: vt ipsum qđ est demonstratione diffinitioneue vnꝗ percipiatur: aut cognoscatur.

¶ Ex his igiꝛ neqз diffō neqз syll's idē existens: neqз eiusdē syll's ⁊ diffō est. Adhuc aūt ꝙ neqз diffō nihil demōstrat: neqз mōstraꝛ. Neqз qđqđest neqз diffōne neqз demſatiōe cogſcē est.

¶ Epilogat que disputatiue premissa sunt: ⁊ dicit ꝙ ex premissis videꝛ sequi ꝙ diffinitio ⁊ syll's nō sunt idez: neqз de eodem: ⁊ ꝙ diffinitio nihil demonstret: qꝛ nō est de eodē de quo est demōstratio. Et similr videꝛ esse ostensuз ꝙ nō est possibile cognoscere qđqđest neqз per diffōnē neqз per demonstrationē: qꝛ diffinitio solū ostendit qđ. ⁊ demonstratio ostendit: quia est. Sed ad cognitionem qđqđest requiritur cognitio: quia est: vt dictum est.

¶ Veruз cōsiderandū est rursus: qđ istoꝝ bene M ⁊ quid nō bene recteqз diciꝛ. Et qđ est diffinitio. Et vtrū aliquo mō sit ipsius qđ est demonstratio diffinitioue: an nullo sit modo.

¶ Iterū aūt speculandū est qđ hoꝝ diciꝛ bñ: ⁊ Tex. ꝯ. 8. quid nō bñ: ⁊ qđ sit diffō: ⁊ eius qđqđest nūqđ quodāmō est demonstratio aut diffinitio: aut nullo modo. Lectio. VII.

Ostꝗ phs disputatiue inquisiuit qualr cognoscaꝛ diffinitio ⁊ qđqđest. hic determinat vtrāqз veritatez. Et pmo dicit de quo est itentio. Scđo exequiꝛ ꝓpositū. ibi [Qm̄ aūt sicut diximus.] Tertio epilogat que dicta sunt. ibi [Manifestuз est igitur ex dictis ⁊c.] Dicit ergo pmo ꝙ iterum post disputatiuū processum considerandū est veritatem determinando qđ predictoꝝ dicaꝛ bene ⁊ quid nō bñ. ⁊ hoc tam circa ipsam diffōnem: vt ꝯsideremus qđ sit ipsa diffinitio ꝗ etiā circa ipsuз qđqđest. vt consideremus vtrū aliqualr possit manifestari demonstratione vel diffinitione vel nullo modo. ¶ Deinde cum dicit. N

¶ Cum itaqз scire qđ est: ⁊ scire causam ipsius si est: idē sit. vti diximus: fieri pōt: vt qđ est ostēdatur. Cuius qđē hec rō est. Est eniз quedam causa: ⁊ hec aut est eadem: aut alia: ⁊ si sit alia: aut est demōstrabilis: aut indemōstrabilis. Si igitur alia sit demonstrariqз pōt: cum causa sit medium: ⁊ prima figura ratiocinationis ostendatur. necesse est id qđ ostendiꝛ vniuersale esse ⁊ affirmatiuū. vt patet. Unus igitur is est modus: quem nūc inquisiuimus per aliud inquaз ipsum qđ est ostendere. Naз mediuз ipsoꝛum quid est: necesse est esse quid est: ⁊ ꝓpriū idētidem ꝓpriū. Quare diffinitionū eiusdez rei alia ostendet: alia non ostendet. Atqз hisce modus nō est demōstratio ipsi⁹ qđ est: vt antea dixim⁹: ſз rōcinatio ad disserendi modū accōmodata. O

¶ Qm̄ aūt sicut diximus idem scire qđqđest: ⁊ scire causam ipsius si est. Ratio aūt huius est: qm̄ est aliqua causa: ⁊ hec aut eadē: aut alia est: ⁊ si vtiqз alia est: aut demonstrabilis: aut indemonstrabilis est. Si igiꝛ est alia: ⁊ cōtingit demonstrare: necesse est mediū causaз esse: ⁊ in figura prima demonstrari: vl'e. n. ⁊ predicatiuuз est qđ demonstratur. Unus quidez igitur modus nūc exqsitus p aliđ qđqđest monstrare: ⁊ hoꝝ enim qđqđest necesse est mediū esse qđqđ est: ⁊ ꝓprioꝝ ꝓpriuз. Quare hoc qdez mediū monstrabit: illud ſo nō monstrabit eoꝝ ꝗ qđ qđ erant esse eiusdez rei. Hic quidē igiꝛ modus ꝙ non sit demonstratio dictum est prius: ſз est logicus syllogismus ipsius qđqđest. Alias in anno. P

¶ Exequitur ꝓpositū. Et pmo quātū ad ipsuз qđqđest. Secundo quantū ad diffōnem que est rō significatiua eius. ibi [Diffinitio aūt qm̄ diciꝛ rō ⁊c.] Circa pmū ponit duos modos manifestandi qđqđest. Et pmo ponit modū logice pbationis. Scđo modū demonstratiue pbationis. ibi [Quo aūt modo contingat ⁊c.] Circa pmum resumiꝛ pmo id qđ supra manifestatū est. s. ꝙ idez est scire quid est: ⁊ scire causaз questionis: an est: sicut idem est scire ꝓpter quid ⁊ causam scire questionis quia est. [rō aūt huiꝰ.] scilз ꝙ idem est scire quid est ⁊ scire causam ipsius si est ista: est: quia opз ꝙ eius: qđ est rem esse sit aliqua causa. Propter hoc enim di aliquid causatum quod habet causam sui esse. Hec autez causa essendi aut est eadē. s. cū essentia ipsius rei: aut alia. Eadem quidem sicut forma ⁊ mā que sunt partes essentie: alia ſo sicut efficiens ⁊ finis: que quidem due cause sunt quodāmodo cause forme ⁊ materie. Nam agens operatur ꝓpter finem ⁊ vnit formā materie. Et si accipiamus causaз que est alia ab essentia rei: quandoqз quidem est talis per quam possit fieri demonstratio: quandoqз aūt nō. Nō enim ex omni causa agēte sequitur ex necessitate effectus. Ex suppositione aūt finis Q

sequiꝛ

A T.cõ.90. sequit̃ ꝙ sit id qđ est ad finē:vt ꝓbat̃ in 2° phys.Supponamus ergo ꝙ sit aliquis effectus:cuius esse: causa sit non solum ipsa essentia rei.sed habeat etiam aliam causaȝ:⁊ sit talis per quā possit demonstrari:puta si dicamus ꝙ si homo pertingit ad beatitudinem necesse est preexistere virtutem. Accipiamus autē ꝙ essentia virtutis sit habit⁹ operans ſm rõnem rectam. Potest ergo demr̃ari esse aliqueȝ habitum ſm rectam rõnē operantē:si sit aliqs habitus ad beatitudinem ꝑducēs.Accipiat̃ ergo ꝓ medio illa causa alia que est demõstrata:⁊ formetur syllogismus in ꝑma figura.qđ necesse est fieri:qꝛ oportet qđquidest vniuersaliter ⁊ affirmatiue ꝑdicari de re cuius est. Syllogiȝabit̃ ḡ sic.Omnis habitus perducens ad beatitudinem est habit⁹ ſm rectam rõnem operãs:sed virtus est hm̃. ergo ⁊c̃.Concludit ergo ꝙ iste modus qui est nunc inquisitus est vnus modus ostẽdẽdi qđquidest per aliud qđ est causa.Et ꝙ B iste modus sit cõueniens pȝ.qꝛ necesse est sicut supra dictuȝ est ꝙ mediū ad ꝓbandū qđquidest accipiat̃ ipsum qđ est. ⁊ similr̃ medium ad ꝓbanduȝ aliqua ꝓpria accipiat̃ aliqđ ꝓpriū.Est autē ꝯsiderandū ꝙ cū qđ est sit causa ipsi⁹ rei: ſm diuersas causas eiusdem rei potest multipliciter qđqđ est eiusdem rei assignari. Puta qđ est domus põt accipi ꝑ comparationem ad causam mãlem.vt dicamus ꝙ est aliquid cõpositū ex lignis ⁊ lapidib⁹:⁊ etiā per cõparationeȝ ad causam finalem:vt dicamus ꝙ est artificium preparatum ad habitandū.Sic ergo ꝯtinget ꝙ cum sint multa qđquidest eiusdē rei.aliquod illoꝝ monstrabitur ⁊ aliqđ non mõstrabit̃:sed supponet̃.Unde non sequitur ꝙ sit petitio principij:qꝛ aliud qđquidest supponit̃ ⁊ aliud ꝓbat̃. Nec tamen est modus probãdi qđquidest demõstratiue:sed logice syllogiȝandi:qꝛ nõ sufficiēter per hoc probat̃ ꝙ id qđ concluditur sit qđqđest illius rei de qua concluditur:sȝ solum quod insit ei. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quo aũt mõ fieri põt:vt quid est eliciat̃ ex demõstratione:deinceps dicamus opȝ: hinc rursus initio sumpto. Nam vt querimus ꝓp C quid est prius habētes eē:interdū xͦo ⁊ simul nota nobis hec fiunt:sȝ nunq̃ fieri põt:vt antea cognoscamus cur est q̃ꝫ ꝑcipiamus eē:sic pari rõne neqȝ qđ est querere:atqȝ cognoscere possumus sine ꝑceptione ipsi⁹ eē. Fieri eni neqt vt qđ est vnq̃ꝫ sciam⁹:si ignorem⁹ si est.

ℂ Quo aũt modo contingat dicemus:dicētes iteꝝ ex principio. Sicut enī ꝓpter quid querimus hn̄tes quia.aliquãdo aũt ⁊ simul manifesta fiunt:sed neqȝ prius ꝓpter quid possibi- D le est cognoscere q̃ꝫ qꝛ.manifestū est ꝙ silr̃ ⁊ qđquid erat esse non sine quia est. Impossibile enim est scire quid est:ignorantes si est.

ℂ Ostendit quo modo per demonstrationeȝ potest accipi qđquidest.Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quo modo manifestetur qđqđest per demonstrationē in aliqbus. Secũdo ostẽdit ꝙ non est ita in omnibus.ibi[Est aũt quorūdam ⁊c̃.] Circa primuȝ tria facit. Primo premittit quedam que sunt necessaria ad ꝓpositum ostendendū. Secũdo manifestat propositũ.ibi[Quoꝝ igit̃ habemus ⁊c̃.] Tertio epilogat.ibi[Quo modo qđem igit̃ ⁊c̃.] Circa primum premittit tria quoꝝ primum est cõparatio quedam ipsius qđquidest ad ꝓpter qđ.Dicit ergo ꝙ ad ostẽdẽdū quo modo contingat accipere qđqđest per demr̃ationem:opȝ iteꝝ a principio resumere. Ubi considerandum occurrit ꝙ du-

E pliciter se hȝ aliqđ ad cognoscendū ꝓpter quid. Qñqȝ enī habemus qꝛ,in nr̃a cognitiõe:⁊ querimus adhuc propter quid.quãdoqȝ autē simul manifestata sunt nobis vtraqȝ. Tertium aũt impossibile est vt.s.prius cognoscat aliquis de aliq̃ re ꝓp qđ q̃ꝫ qꝛ.Et silr̃ est de eo qđqđ erat esse: quia aliqñ scimus rē esse:nec tñ ꝑfecte scimus qđ sit:aliqñ autē simul scimus vtrūqȝ. Sed tertiū est ĩpoſſe: vt.s.sciam⁹ quid est:ignorantes si est. ℂ Secũdum ponit ibi.

ℂ Habemus aũt si est nõnūq̃ꝫ per accñs:nonnūq̃ꝫ aliqđ habētes ipsi⁹ rei. Ueluti tonitruū eē scimus:habētes sonū quēdā nubiū esse. Et defectionē lucis eē quandā priuationeȝ. Hominem itē quoddam animal esse. Et animam etiam id esse:quod ipsum se motu ciet.

F ℂ Hoc aũt si est aliqñ qđē ſm accñs habem⁹. aliqñ xͦo habētes qđqđest ipsius rei:vt tonitruū qm̃ sonus qđã nebularū est: ⁊ defectum qm̃ priuatio q̃dã luminis est: ⁊ hominem qm̃ aĩal qđdã est: ⁊ aĩam:qm̃ seipsum mouēs.

ℂ Et dicit ꝙ rē aliquã esse possumus scire absqȝ eo ꝙ sciamus ꝑfecte qđ est dupl̃r. Uno mõ ſm ꝙ cognoscim⁹ aliqđ accñs eius:puta si ꝑ velocitatē motus existimem⁹ lepore eē. Alio mõ ꝑ hoc ꝙ cognoscimus aliqđ de essentia ei⁹. qđ quidē est possibile in substãtijs cõpositis.vt puta si cõprehēdamus hoīeȝ eē ꝑ hoc ꝙ est rõnale.nõdum cognitis alijs q̃ cõplēt essentiā hoīs. In substãtijs xͦo simplicib⁹ hoc non ꝯtingit:qꝛ nõ põt cognosci aliquid de substãtia simplicis rei nisi tota cognoscatur.vt pȝ in 9° metaph. Opȝ autem T.c.22. ꝙ qui cognoscit aliqđ esse ꝙ per aliqđ rei illud cognoscat. ⁊ hoc vel est aliquid preter essentiam rei.vel aliqđ de essentia ipsius.Et de hoc ponit exēplum.puta si cognoscamus tonitruuȝ esse ꝓpter hoc:qꝛ ꝑcipimus quēdam sonum in G nubibus:qđ quidē ꝑtinet ad essentiā tonitrui.non tamē est tota tonitrui essentia.qꝛ nõ omnis sonus nubium est tonitruuȝ.Et similr̃ si cognoscamus defectum.i.eclipsim solis vel lune esse ꝓpter hoc ꝙ est quedā priuatio luminis.cum tamē nõ oīs priuatio luminis sit eclipsis.Et eadē ratio est si aliquis percipiat hominē esse ꝓpter hoc ꝙ est qđdā animal:vel si percipiat animam esse:propter hoc ꝙ est aliqđ seipsum mouens. ℂ Tertium ponit ibi.

ℂ Que igit̃ per accñs eē scimus:necesse est ad eoꝝ ꝑcipiēdū qđ est nullo mõ nos quicq̃ꝫ habere. Neqȝ enī illa esse scimus:atqȝ q̃rere qđ est nõ hn̄tes esse:perinde atqȝ est si nihil prorsus querat̃. Quoꝝ autē habemus aliqđ eoꝝ: quid est facilius ꝑcipe possumus. Quapropter vt habemus ipsum esse:sic ⁊ ad ipsuȝ qđ est percipiendum sumus dispositi.

H ℂ Sȝ quecūq̃ꝫ quidē ſm accidēs scimus quia sunt:necesse nullo modo habere se ad qđ est. Neqȝ enī scim⁹ qꝛ sũt. Querere aũt qđ est nõ hn̄tes qꝛ est:nihil q̃rere est. Sȝ cū habemus qꝛ est:qđ ē:facile est q̃rere. Quare quēadmodū habem⁹ qꝛ est:sic habem⁹ ad id qđqđest.

ℂ Et dicit ꝙ illa de qbus scimus:quia sunt per aliqđ accñs ipsoꝝ:nullo mõ per hoc se habent ad hoc ꝙ cognoscamus de ipsis quid est:qꝛ nec etiaȝ per hm̃ accñs vere scimus ea esse. Scimus quidē esse eoꝝ accidētia:sed qꝛ accñtia non

I sunt ipse res: nõ ꝓpter hoc vere scimus ipsas res esse. Uanum aũt est querere qd est. si aliquis nesciat: qa est. sed illa de qbus scimus ea esse per aliquid ipsoꝝ: facilius possunt cognosci a nobis qd sunt. Unde manifestum est ꝙ sicut nos habemus ad cognoscẽdũ quia est aliqd: ita nos habemus ad cognoscendum quid est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quaꝝ igit̃ reꝝ aliqd habem⁹ ipsius qd est: caꝝ hec sint exẽpla. Sit ðfect⁹ eo in loco quo ipm est. a. luna in eo quo ipm est. c. iterpositio vel obiectio terre: in quo est ipsuz positum. b. Querere igit̃ vtrũ luna deficiat: an nõ ðficiat nil aliõ est: q̃z ipm. b. querere si sit: nec ne. At idipm nil ab hac qõne differre videt̃ sit ne rõ

K eius. Quõ si sit: ⁊ illud dicimus esse. Uel q̃rat̃ vtrius partiũ ꝯtradictionis sit rõ: vtrũ haben di duob⁹ rectis equales: an nõ hñdi. Quõ cum inuenerimus: ⁊ eẽ: simul ⁊ pp quid scimus: si modo sit mediũ. Quõ si nõ sit: eẽ qdẽ scimus: pp quid aũt nescimus. Atq3 idipm hoc exem plo patefieri põt. Sit nãq3. c. luna. a. defectio b. nõ posse: cũ est tota refecta lumine vmbraz efficere itercedẽte manifesto corpe nullo. Si igr̃. b. qdẽ ipsi. c. isit. a. vo cõpetat ipsi. b. lunaz qdẽ ðficere notũ sit nobis. Cur aũt ðficit nõ dũ est notũ. Atq3 defectionẽ qdẽ eẽ scimus: sed qd est defectio nescimus. Atq3 cũ. a. qdeȝ

L ipsi inesse. c. patet: querit̃ aũt pp qd inest. Nil aliud tuz q̃rit̃ q̃z qd. Nã sit ipm. b. vtrũ obiectio terre an econuerso lune: an lucis ei⁹ extinctio. Hoc aũt alterius extremi rõ est: vt hoc in exẽplo: ipsi⁹. a. Est eni defect⁹ obiectio terre. Preterea qd tonitruũ est: extictio ignis in nube: pp quid tonitat: qa ignis in nube extiguit̃. Nubes sit. c. Tonitruum. a. ignis extinctio. b. Igit̃ ipsi. c. nubi inquã. b. ipm inest: extinguit̃ eniȝ ignis in nube. At huic. a. ipsuȝ inest tonitruuȝ seu sonus. Atq3. b. rõ ipsius est. a: primi inquã extremi. Quõ si rursus huius aliud mediũ sit: id ex hisce rõnibus erit que restant.

M ¶ Quoꝝ igit̃ habemus aliquid ipsi⁹ qõ qd est: primũ qdẽ sit defect⁹ in quo. a. luna in quo. c. oppositio terre i quo. b. vtrũ qdẽ igit̃ deficit: aut nõ. b. q̃rere est vtrũ est: aut nõ. Hoc aũt nihil differt q̃rere q̃z si ẽ rõ ipsius: ⁊ si sit hoc: ⁊ illud dicimus eẽ. Aut q̃lis cõtradictiõis ẽ rõ: vtrũ hñdi duos rectos: aut nõ habendi. Cuȝ aũt inueniamus simul qa: ⁊ pp quid ẽ scim⁹ si per media sit. Si vo nõ: qa: pp quid autem nõ. Sit igit̃ luna. c. defectus. a. lunã plenã vmbrã nõ posse facere nullo nr̃z medio exñte manifesto in quo. b. Si igit̃ in. c. ẽ. b. qõ ẽ lunam nõ posse facere vmbrã: cũ nullus nr̃m medi⁹

N sit. In hoc aũt. a. qõ ẽ deficere: qa deficit qdẽ manifestũ ẽ: sed ꝓpter qd nõdũ: ⁊ qa defect⁹ est qdẽ scimus: qd aũt ẽ nescimus. Cũ manifestũ aũt ẽ: qa. a. in. c. sit: sed ꝓpter qd ẽ querere. b. ẽ querere qd ẽ: vtrũ sit obiectio: aut conuersio lune: aut extictio. hec aũt ẽ rõ alterius termini: vt in his q̃ sunt ipsi⁹. a. ẽ eniȝ defect⁹ obiectio. Quid ẽ tonitruuȝ ignis extinctio in nube: sit nubes. c. tonitruũ. a. extictio ignis. b. In. c. igr̃ nube ẽ. b. extiguit̃. n. i ipa ignis: hoc aũt

O est son⁹. ⁊ ẽ. b. rõ ipsi⁹. a. primi termini. Si aũt iteꝝ hui⁹ aliqd mediũ sit: ex reliqs erit rõnib⁹.

¶ Manifestat ꝓpositũ sm premissa ⁊ dicit ꝙ in his q̃ scimus esse per hoc ꝙ cognoscimus aliqd essentie eius: accipiamus pmo tale exẽplũ. Sit defectus. i. eclipsis in quo. a. que est maior extremitas. luna in quo. c. que est minor extremitas. oppositio terre directa inter lunã ⁊ solem in quo. b. qõ est medium. Idem igitur est querere vtrum deficiat luna vel non: ⁊ querere vtrũ. b. sit vel nõ. Querere aũt vtruȝ b. sit vel non: nihil differt q̃z querere si est aliqua rõ ipsius defectus. Nam. b. id est oppositio terre est ratio defect⁹ lune. ⁊ si sit oppositio terre: etiaȝ tũc dicimus esse. s. defectum lune aut non. Similr̃ si queramus qualis sit rõ ꝯdictionis vtrũ. s. in habendo duos rectos vel non habendo sit cõtradictio. Cũ aũt inueniam⁹ eẽ id qõ q̃rimus: puta eẽ defectuȝ: sil sciemus qa ⁊ pp qd: si inueniat̃ ꝓpositũ p mediũ debitũ qõ est cã. Si vo nõ: s3 p aliqõ extrisecũ: sciemus qa. s3 non pp qd: puta si sit luna. c. ⁊ defect⁹. a. accipiamus p medio ꝙ

P est. b. hoc est ꝙ luna nõ põt facere vmbrã aliquo nostrũ medio nõ existẽte cũ sit pleniluniũ. Luna. n. qñcũq3 nõ ðficit facit vmbrã interposito aliquo corpore: sed hoc qõ est non posse facere vmbrã nisi aliquis nostrũ existat in medio: nõ est causa defectus: sed potius effectus. Si ergo. b. ꝓdicetur de. c. qa. s. luna põt in plenilunio facere vmbraz aliquo nostrum medio existente. ⁊ iteꝝ si in hoc medio sit. a. id est si accipiatur ꝙ qñ hoc accidit luna deficit manifestũ erit lunam deficere: s3 ꝓpter qd luna deficiat nõdum erit manifestũ. ⁊ similr̃ sciemus qa est defectus: s3 nesciemus qd est defectus. qñ autem manifestũ est ꝙ. a. est in. c. id est ꝙ luna deficit sicut in predicto exẽplo: nec scitur ꝓpter qd est: nec scitur qd est: tũc querere ꝓpter qd est: nihil eni aliud est q̃z querere quid est: puta si q̃ramus q̃re deficit luna: vtruȝ deficiat propter hoc qõ obijcit̃ terra in medio inter solẽ ⁊ lunam. vel hoc fiat per cõuersionez lune: vt tũc vertat̃ versus

Q nos superficies lune que est tenebrosa: vt qdã dixerũt: vel etiam lumẽ extiguat̃ in aliquo humido. Querere aũt vtrũ propter aliquam haruȝ causaꝝ fiat defectus lune: nihil est aliud q̃z querere vtrum defectus lune sit obiectio terre aut conuersio lune: aut extinctio luminis eius. Et hoc medium est ratio alterius extremitatis sicut in premissis exemplis est ratio ipsius. a. qõ est maior extremitas: quia defect⁹ lune nihil est aliud q̃z obtio facta lunari lumini a terra. Ponit etiam aliud exemplum. vt si q̃ramus quid est tonitruũ ⁊ dicamus sm opinionez Anaxagore ⁊ Empedoclis: ꝙ est extinctio ignis in nube. Sm vo opinionẽ eius in 2° metheororum tonitruuȝ sit ex percussura exhalationis sicce in frigiditate ad nubes. Utitur autez multotiens in exẽplis opinionibus aliorum. Si ergo sm predictam opinionez queratur ꝓpter qd tonat. Respondet̃ ꝓpter hoc ꝙ extinguit̃ ignis in nube. Sit igitur nubes. c. qõ est minor extremitas: tonitruum autẽ. a. qõ est maior extremitas. extinctio ignis sit. b. qõ est medium. Syllogizetur ergo sic. in. c. est. b. id est

Cap.

in nube

A in nube est extinctio ignis:sed ois extinctio ignis est sonus tonitrui.Et sic patet q᷑ accipiendo ꝑpter qd:per demonstrationem accipimus qd est:qa ipsum mediū ostēdēs ꝑpter quid:est ratio diffinitiua primi termini.i.maioris extremitatis.Sed si oporteat accipere aliquod aliud mediū ad hoc demōstrādum.hoc assumet̃(ex reliquis rōnibus) id est ex diffōne minoris extremitatis.ꝛ aliarum causarū extrinsecarū.Cū eni subiectū sit causa passionis:necesse est q᷑ diffinitio passionis demonstret̃ per diffinitionē subiecti.Et hoc pꝫ in exemplo ꝑposito.qa enim luna est corpus natum sic moueri.ideo necesse est q᷑ obijciatur certo tēpore terra inter solem ꝛ ipsam.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quo igit̃ pacto sumit̃ ipꝫ qd est ꝛ fit notū: satis iā diximus. Quare rōcinatio qdē ipsius quid est demrātioq̄ꝫ non fit:per ratiocinationem tñ innotescit ꝛ demrātionem. Quocirca neqꝫ sine demonstratione fieri potest: vt cognoscatur ipsuꝫ quid est cuius est alia causa: neqꝫ rursus ipsius est demonstratio:vt in dubitationibus etiam diximus.

B

¶ Quō qdē igit̃ accipit̃ qd est ꝛ fit notū demrātum est:q̄re syll's quidem ipsi⁹ quid est nō fit neqꝫ demrātio:manifestū tñ est per syllm ꝛ dmōstrationē. Quare neqꝫ sine demrōne est cognoscere qd est cui⁹ est cā aliq̄ neqꝫ est demrātio ipsi⁹ sicut ꝛ in oppositionibus diximus.

¶ Epilogat qd dictum est.ꝛ dicit.Dictū est] quō accipiat̃ ꝛ innotescat qōgdest].i.per hoc q᷑ accipit̃ ꝑpter quid.Dictū est etiā q᷑ nō est syllogismus neqꝫ demonstratio ipsi⁹ quid est:vt.s.ꝑprie syllogiꝫetur vel demonstretur qōgdest:ꝛ tñ manifestat̃ qōgdest per syllogismum ꝛ per demonstrationem:inquātū.s.mediū demonstrationis ꝑpter qd est qōgdest.Unde manifestum est q᷑ neqꝫ sine demonstratiōe pōt cognosci qōquidest:cuius est altera causa.nec tamē est demonstratio ipsius qōquidest:sicut probatur in obijciēdo. Et s̄m hoc obiectiones inducte sunt vere.

C

¶ Est aūt quorūdā quidē alia q̄dā cā:quorūdā aūt nō est. Quare pꝫ vt ipsoꝝ quid est q̄dā vacare medio pricipiaq̄ꝫ esse. Que quidem ꝛ eē: ꝛ quid sunt supponere.vel alio mō facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nā ꝛ quid sit vnitas: ꝛ vnitatem esse supponit. Eorum aūt que medium habent: ꝛ quorum est aliqua causa:alia a substantia fit:vt ꝑ demonstrationem ipsuꝫ quid est:vt diximus declaretur:non demonstretur.

D

¶ Est aūt quorūdā qdē q̄dā altera cā:quorūdā aūt nō est. Diffōnes quidēꝫ s̄m spēs facte nullū hn̄t mediuꝫ quo demrēnt̃:sed diffōnes s̄m mām facte possunt hr̄e mediū. Quare manifestū est qm̄ coꝝ q̄ sunt quid est:alia qdē sine medio ꝛ pricipia sunt:q̄ ꝛ eē ꝛ qa sūt supponere opꝫ:aut alio mō manifesta facer̃. Qd vere arithmeticus facit: ꝛ nāqꝫ quid est vnitatē supponit: ꝛ qa est. Sꝫ hn̄tiū mediū quorū est q̄dā altera cā substātie ꝛ ipsi⁹ eē est per demonstrationē:sicut dictū est ostendere: nō qōquidest demonstrantes. Lec. VIII.

Lec. 10.

B

Postq̄ ꝑhs ostēdit q᷑ in q̄busdā ꝑ demōstrationē accipit̃ qōgdest:hic ostēdit q᷑ h̄ nō est possē in oib⁹.Et ad h̄ ostēdēduꝫ psupponit q᷑ quorūdā est q̄daꝫ altera cā:quorūdā autē nō.Quia igit̃ qōgdest accipit̃ ꝑ demonstrationē:cui⁹ mediū est cā:manifestū est q᷑ sūt q̄dam quoꝝ qōgdest opꝫ accipe sicut qōdā imediatū ꝑn̄ᵐ:ita q᷑ opꝫ supponere de tali re ꝛ eē ꝛ qd est:vel manifestare aliq̄ alio modo q̄ ꝑ demōstrationē:puta per effectū vel ꝑ sīlē vel aliquo tali mō.Est aūt cōsiderandū q᷑ hoc qd dicit] q̄rūdam nō esse aliam cām ꝑpōi intelligi triplr̄.Uno modo q᷑ simplr̄ ꝛ absolute causaꝫ nō hꝫ sui eē.Et hoc cōpetit soli primo principio qd est causa esse ꝛ veritatis in oibus rebus.Nihil enim ꝑhibet etiā eoꝝ que ex necessitate sūt:h̄r̄ aliquam causaꝫ necessitatis.vt pꝫ in 5° metaphy.Et ideo cū hic ꝑhs pluraliter loquat̃ nō sic est intelligendum qd hic dicitur:q᷑ aliqua sint que nullā habent causam sui eē.Alio modo potest intelligi s̄m ordineꝫ causarū eiusdē rei.Manifestum est eni in rebus habētibus quattuor causas q᷑ vna causa est quodam modo causa alterius:qa eni materia est propter formā ꝛ nō ecōuerso:vt ꝑbat̃ in 2° physi.diffinitio que sumitur ex causa formali:est causa diffōnis que sumitur ex causa materiali eiusdem rei.Et qa generatū cōsequitur formā per actionē generātis.ꝓñs est q᷑ agēs sit quodā modo causa forme:ꝛ diffō diffōnis.Ulteri⁹ autē omne agens agit ꝑpter fineꝫ.vñ diffō que a fine sumit̃ est quodā modo causa diffōnis que sumitur a causa agente.Ulterius autē nō est ꝑcedere in generibus causarū.vnde dicit̃ q᷑ finis est causa causarū.Pōt tñ in singulis causarū generib⁹ fieri demonstratio a posterioribus ad priora:sed diffōnes vel demonstrationes debēt dari per causas primas.Et sꝫ hunc sensum in q̄busdā libris interponitur q᷑ diffōnes s̄m spēm facte nullū habent mediū quo demōstrent̃.diffōnes autē s̄m mām facte possunt hr̄e medium:qa.s.diffinitiōes que dant̃ s̄m causam merā mālē possunt demōstrari per diffinitiōes que dant̃ s̄m cām formalē.Diffō aūt que dat̃ s̄m causam formalē nō pōt vlterius demōstrari per aliqd principiuꝫ intrinsecū rei qd ꝑprie ꝑtinet ad qōgdest.vtpote intrīs essentiā rei.Sed ꝛ si demonstret̃ per cām efficiēteꝫ ꝛ finalem.dicendū erit q᷑ semꝑ cā superior se hꝫ vt formalis respectu inferioris.Predicta tamē verba nō habent̃ in libris grecis.Unde magis videt̃ esse glossa que per erroreꝫ scriptoꝝ introducta est loco textus.Tertio modo pōt intelligi inquātū aliqua sunt que nō hn̄t cām in genere subiecto alicuius scientie.sicut in gn̄e numeri de quo est arithmetica est deuenire ad vnitatem eius.In hoc eni genere nō est accipere aliud principium.Et hic sensus concordat exemplo qd ꝑhs subiungit dicens q᷑ arithmeticus supponit qd est vnitas:ꝛ qa est.Et sicut illa quorum non est alia causa: ita etiam illa que possunt hr̄e mediū:ꝛ quoꝝ est altera causa potest manifestari qōgdest.ita tamen q᷑ non demōstretur ipsum qōgdest:sed magis vt medium demonstratiōis qōquidest accipiatur.¶ Deinde cū dicit.

F

T.c.6.ꝛ 8° phy.t. c.25.

Tx.c.16.

G

H

¶ Cū aūt diffinitio dicat̃ esse oratio ipsi⁹ qd ē: patet quandā diffinitionē orationē eē: que id explicat qd nomē significat:vel que nois interpretationē cōplectit̃:veluti quid significat triāgulus nomine:quē habētes esse querim⁹: deinde ꝑpter qd est. Difficile aūt est h̄ pacto sumere ea que nescim⁹ eē:causamq̄ꝫ difficul-

I

tatis antea diximus:nam neq3 si sint an nõ sint scimus:nisi p accñs. At eni oratio est vna dupliciter. Alia nãq3 ɔiũctione est vna:vt ilias. Alia qa vnũ de vno dclarat:nõ p accñs. Una igit hec est diffinitio diffõnis quã diximus.

¶ Diffinitio aũt qm̃ qdẽ dr̃ rõ ipsius qõ qdest manifestũ ẽ. Qm̃ aliq̃ rõ ipsi⁹ qõqdest significat nomẽ:aut erit rõ altera noĩa ponẽs: vt qdẽ significãs qd ẽ ſm q triãgulus ẽ. Qõ ṽo habẽtes q2 ẽ.q̃rimus ꝑpter quid ẽ. Difficile aũt est sic accipe que nõ scimus q2 sũt. Cã aũt prius dicta est difficultatis:q2 neq3 si est:neq3 si nõ scimus:sed aut ſm accñs. Nõ autẽ vna ẽ duplex:hec qdẽ ɔiũctio ẽ vt que ẽ ilias. Alia ṽo vnũ de vno oñdẽs nõ ſm accñs.rõ autem vna qdẽ igr̃ terminus ẽ termini q̃ dicta est.

Lec. 10.
K

¶ Ostẽso qualr̃ se habeat qõqdest ad demr̃ationez:ostẽdit qũo se hz diffõ. Et circa h̃ duo facit. Pr̃io oñdit qualr̃ diffinitio se habeat ad demr̃ationez. Scd̃o manifestat qð dixerat p exẽplũ.ibi[Differt eni dicere pp qd] Circa p̃m tria facit. Primo ꝑponit vnũ modũ diffõnis significãtis qd est. Scd̃o ꝑponit aliũ modũ diffõnis significãtis pp quid.ibi [Ali⁹ ṽo terminus] Tertio oñdit qualr̃ se hẽat vtraq3 diffinitio ad demr̃ationẽ.ibi[Quare p̃mo qdẽ] Circa p̃m supponit p̃ q diffõ sit rõ significatiua illi⁹ qõqdest. Si aũt nõ posset hr̃i aliqua rõ rei q̃ diffinitio:ipo?e esset q sciremus aliquã rem esse quin sciremus de ea quid est.qa impossibile est q sciamus aliquam rem esse nisi per aliquã illius rei rõnẽ. De eo eniz qð est nobis penitus ignotũ nõ possum⁹ scire si est aut non. Inuenit̃ aũt aliq̃ alia rõ p̃ter diffõnem que quidẽ vel est rõ expositiua significationis noĩs.vt est rõ ipsius rei noĩate.altera tñ a diffinitiõe.qa non significat quid est sicut diffõ:sz forte aliqð accñs. Sicut forte inenit̃ aliq̃ rõ que exponit quid significat hoc nomen triãgulus:ɀ per hõ rõnem hñtes qa est.adhuc querimus ꝑpter qd est: vt sic accipiamus qõquidest. Sed sicut supra dictuz est.h̃ est difficile accipe in illis in qbus nescimus an sit. Et hõ difficultatis causa superioris est assignata.qa.s.quãdo nescim⁹ rem esse per aliqd rei.nõ absolute scimus si est vel nõ:sed solum accñs.vt supra expositũ est.¶ Ad distiguẽdũ autẽ rõnem significãtẽ qd est ab alijs subiũgit q dupl'r aliq̃ rõ põt dici vna. Quedã eni est vna sola ɔiũctione.per quẽ modum etiã hz vnitatẽ ilias.i.poema de historia troiana. Et p hunc etiam modũ dr̃ esse vna rõ que est expositiua nominis.vel manifestatiua ipsius rei noĩate per aliqua accñtia: vt si dicat̃ q hõ est animal risibile susceptibile discipline. Alia ṽo rõ est vna inquãtũ simpl'r significat vnũ de vna re cuius rõ est.ɀ h̃ nõ ſm accñs. Et talis rõ est diffõ significans quid est.qa essentia cuiuslibet rei est vna. Sic ḡ ɔcludit q illa que dicta est:est vna diffõ diffõnis.s.q diffinitio est ratio ipsius qõquidest.¶ Deinde cum dicit.

L

Lec. secunda.

M

¶ Alia autez est diffinitio oratio que declarat propter quid est.

¶ Alia ṽo termin⁹ ẽ demr̃ans ꝑpter qd est.

¶ Ponit aliũ modũ diffõnis.ɀ dicit q alia diffõ diffõnis ẽ.vt sit rõ manifestans pp quid.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare prior significat qdẽ:sed nõ oñdit:posteriorẽ aũt pz q̃si demr̃ationẽ esse ipsi⁹ qd ẽ: positione differentem a demonstratione.

N

¶ Quare prima quidez significat qõqdest. demõstrat aũt nõ. Que ṽo posterius ẽ:manifestum ẽ qm̃ erit vt demõstratio eius qõqdest: positione differens a demonstratione.

¶ Ostendit quo modo vtraq3 diffõ se habeat ad demr̃ationem concludens ex p̃missis q prima diffinitio solũ significat qõquidest:sed nõ demr̃at ipsuz. Scd̃a ṽo diffinitio est quasi demõstratio quedaz ipsius qõquidest.ɀ non differt a demonstratione nisi sola positione:id est ordine terminorum ɀ propositionum.¶ Deinde cum dicit.

¶ Interest eni cũ pp quid tonitat: atq3 quid ẽ tonitruũ dr̃. Quippe cũ ad primũ hec accommodet̃ redditio:q2 in nubib⁹ ignis extinguit̃. Ad scd̃z hec cõpetat:sonus cũ extinguit̃ in nubib⁹ ignis. Quare eadẽ rõ diuerso dr̃ mõ. Et illo quidẽ mõ cõtinua est demr̃atio:hoc autez est diffinitio. Preterea est tonitrui diffõ son⁹ in nubibus:atq3 hoc ẽ demõstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio vna quidem oratio ipsius quid est conclusio.

O

¶ Differt eni dicere pp quid tonat: ɀ quid ẽ tonitruũ. Dicet eni siquidez:pp id qð extinguit̃ ignis in nubibus. Quid aũt tonitruuz ẽ:son⁹ extincti ignis in nubib⁹. Quare eadem rõ alio mõ dr̃. Et sic quidẽ demr̃atio ɔtinua.sic autẽ diffinitio. Amplius ẽ terminus:cõtinuus sonus in nubibus. Hoc autem est que est ipsius quid est demonstrationis conclusio.

P

¶ Manifestat qð dixerat per exẽpla. Et circa hoc duo fac̃. Primo manifestat per exempla que dicta sunt. Scd̃o colligit ex premissis diuersitatem diffinitionũ.ibi[Immediatorum autem diffinitio.]¶ Dicit ergo p̃mo q differt dicere propter qd tonat ɀ qd est tonitruũ:qa ſm opinionẽ illorum qui dicunt q extinctio ignis in nube est cã tonitrui:dicit aliqs ꝑpter qd:cũ dicit tonitruũ esse ꝑpter hoc q ignis extinguit̃ in nube. Ille autẽ dicit qd est tonitruũ:qui dicit q sonus ignis extincti in nubibus. Utrum aũt hoꝝ significat eandẽ rõnez:sed per aliũ modũ. Nã cũ dr̃:tonat ꝑpter hoc q extinguitur ignis in nube:significat̃ per modũ demõstrationis cõtinue:idest nõ distincte per diuersas ꝑpositiones:accipiuntur tñ cõtinue oẽs termini demonstrationis. Cum aũt dr̃ q tonitruuz est sonus extincti ignis in nubibus:significatur per modũ diffõnis. Sed si dicamus q tonitruũ est sonus in nubibus nulla mẽtione facta de extinctione ignis:erit diffinitio significãs qd est.ɀ erit soluz demonstrationis conclusio.¶ Deinde cum dicit.

Q

¶ Eoꝝ aũt diffinitio q̃ medijs vacãt indemr̃abilis ẽ ipsius quid ẽ positio. Est igr̃ diffinitio vna quidẽ oratio ipsius quid ẽ indemonstrabilis. Alia ṽo ratiocinatio ipsius quid ẽ a demõstratione differens casu. Et tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio.

¶ Immediatoꝝ aũt diffinitio positio ẽ ipsius quid est indemr̃abilis. Una ṽo syllus ipsius quid ẽ:casu differens a demonstratiõe. Tertium autez ẽ que ẽ ipsius quid est ɔclusio.

¶ Colligit ex premissis quot sunt modi diffinitionum per

respectũ

A respectũ ad demõstrationẽ. Et primo resumit quoddã qđ supra dixerat quod eorum que nõ habent causam diffinitiones sunt accipiende. sicut quedam immediata p̃nª. Et ideo dicit h. q diffinitio immediatoꝝ: id est rerũ nõ hñtium causas est sicut quedam indemõstrabilis positio eius qđquidest. Ex hoc concludit q triplex est genus diffõnis per cõparationem ad demõstrationez. Quedã enim est diffõ que ẽ indemõstrabilis rõ eius qđqđest. Et hec est illa quam dixerat esse immediatoꝝ. Alia aũt diffõ est que est q̃si qđã syll's demonstratiuus eius qđqđest. ⁊ nõ differt a demõstratione nisi casu: id est ſm diuersaz acceptionẽ ⁊ positionem dictionũ: vt cũ dicitur tonitruũ est sonus extincti ignis in nubibus. Tertia aũt diffinitio ẽ que solũ ẽ significatiua ipsiꝰ qđqđest. ⁊ est ↄclusio demõstrationis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Obycit ad ppositā qōnem ondens qꝫ cā et causatū semp simul sunt sm ꝯtiam. et ponit ad hoc duas rōnes: quarū pᵃ sumit ex rōne cāe et cātī: et dic qꝫ oē cātū opꝫ qꝫ hēat aliquā cāz vñ si posito isto cāto nō simul ponit qꝫ ista eius cā sit: seqtur qꝫ sit ei⁹ aliq̄ alia cā: et hoc iō: qr necesse est qꝫ cātum simul sit cū aliq̄ cā. Sicut ad hoc qꝫ est terrā esse in medio: seqtur qꝫ luna deficiat: et ad hoc qꝫ est arborē hēe lata folia seqtur qꝫ folia ei⁹ fluāt. Si igif nō est dare aliaz cāz: sequif qꝫ simul sit cum hac causa. ¶ Scdam ratonē ponit ibi.

B ¶ Tū mutuo pfecte demōstrabunf. Sit enī. a. frōdes deponit. b. plāta cui⁹ sūt folia lata. c. vitis. Si igif. a. cuilibet cōpetit. b. Ois eniz plāta cui⁹ folia sūt lata frondes deponit. b. vo. c. ipsi cōpetit. Latas enī frōdes qlibet vitis hꝫ. a. etiā ipi. c. cōpetit. Oisqz vitis frōdes suas deponit. Atqz cā. b. mediū est: vt pꝫ. At lꝫ ēt per foliorū defluxū lata vitē habere folia demōstrare. Sit enī. d. lata hēe folia: abijcere frōdes. e. vitis āt. f. E. igif cuilibet inest. f. Ois. n. vitis abijcit suas frondes. d. vo cuilibet cōpetit. e. ois nāqz plāta que frōdes deponit hꝫ folia lata: ois ergo vitis hꝫ folia lata: atqz cā est foliorum defluxus.

C ¶ Et si demōstrenf per altera. Sit. n. foliū fluere in quo. a. latū autē foliū i quo. b. vitis vo in quo. c. Si aūt in. b. est. a. oē enī latū folium folio fluit: in. c. aūt. b. ois. n. vitis est hñs latum foliū: in. c. igif. a. ois enī vitis folio fluit: cā aūt est. b. mediuz. Sed qm̄ latis folijs vitis sit: est pp id qꝫ folio fluit demōstrare. Sit enī. d. qdē latum foliū. e. aūt folio fluere: vitis vo in quo. ʒ. in. ʒ. igif est. e. folio. n. fluit ois vitis in. e. autez. d. oē enī fluēs folio latū est foliū. ois itaqz vitis latū est folium: causa autem est folio fluere.

D ¶ Que qdez sumif ex hoc qꝫ cā et causatū p inuicē demōstrātur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rōnem. 2° remouet errorē qui posset ꝯsequi. ibi [Si aūt nō ꝯtingit etc̄.] 3° pbat qōdā qꝫ supposuerat. ibi [Qꝫ aūt nō deficere.] Circa pmū dicit qꝫ ēt manifestū est qꝫ cā et cātū sił se ꝯsequunf: si h verū est qꝫ p inuicē demōstrenf: qr ad mediū demōstrationis de necessitate seqtur ꝯclusio. qꝫ aūt p inuicē demōstrenf pbat in pdicto exēplo. Sit. n. foliū fluere in quo est. a. que est maior extremitas. latū foliū habere in quo. b. qꝫ est mediū: vites vo accipianf in quo. c. qꝫ est minor extremitas. Sic igif in. b. est. a. qr oē qꝫ hꝫ latū foliū folio fluit in. c. aūt est. b. qr ois vitis hꝫ folia lata. et sic ꝯcluditur qꝫ. a. est in. c. id est qꝫ ois vitis folio fluit. Et in toto hoc pcessu cā accipif pro medio: et sic cātum p cām demonstraf. Cōtingit aūt ecōuerso demōstrare cām per cātū. s. qꝫ vitis hꝫ lata folia p h qꝫ fluit folio. Accipiaf. n. lata folia hēe quasi maior extremitas que est. d. fluere folia quasi mediū qꝫ est. e. vitis vo minor extremitas q̄ est. ʒ. Sic igif. e. est in. ʒ. qr ois vitis fluit folio. d. aūt est in. e. qr. s. oē qꝫ fluit et lata hꝫ folia: folio fluit ex hoc concluditur qꝫ ois vitis sit lati folij: et accipitur pro causa in cōsequendo folia fluere. ¶ Deinde cum dicit.

E ¶ Qꝫ si fieri nequit: vt sint sibi mutuo cause: cā nāqz prior est eo cui⁹ est. cā: et deficiēdi qdē cā est in medio terrā eē. hui⁹ aūt nō est cā deficere lunā. Atqz demōstratio que fit per causam: est ppter qd: demōstratio vo que nō per cām fit: est ea qua quidpiā tm̄ eē ostēdif. Qui per defectuz terrā in medio esse pcepit: is scit qdez id ipsum esse: ppter quid autē est non cognoscit.

Vide in fine. F ¶ Si aūt nō ꝯtigit cās esse adinicē: cā enī prius est eo cui⁹ est cā: et deficiēdi qdē cā est terrā eē in medio: nō est cā deficere. Si igr̄ qdē per cāz est demōstratio pp qd est: si vo nō p cām: ipsi⁹ qr: qm̄ in medio est cognouit: pp qd autē non.

¶ Excludit quēdā errorē qui posset sequi ex pmissis: vt. s. eadem rōne vnū pdictorū demonstref ex alio: sed ipse excludens hoc dicit: qꝫ si nō ꝯtingit qꝫ aliq̄ duo sint sibyinuicem cause. s. in eodē gñe. eo qꝫ cā est prior eo cui⁹ est cā: nō autez ꝯtingit idē esse pus et posteri⁹. eodez mō cū cā defect⁹ lune sit terrā esse in medio non est possibile qꝫ defectus lune sit causa ei⁹ qꝫ terra sit in medio. Si igif demonstratio que est per cām est demōstratio ppter qd. que aūt nō est per cām est ipsius qr. vt in pmo habitū est. sequif qꝫ ille q per defectum lune demonstrat qꝫ terra sit in medio cognoscit qdez non propter quid. ¶ Deinde cum dicit.

G ¶ Atqz deficere lunā nō eē cām vt sit in medio terra: sꝫ ecōtra cāz eē: vt deficiat luna: ide pspici pōt. In rōne nāqz deficiēdi: iest in medio terrā eē. Quare pꝫ p h illꝰ: sꝫ nō p illꝰ h inotescē.

¶ Qꝫ aūt nō deficere cā sit in medio esse: sed h deficiēdi cā: manifestū est. In rōne enī deficiēdi est qꝫ est in medio: q̄re manifestū est qꝫ per hoc illud cognoscif: sed non hoc per illud.

¶ Probat qꝫ supposuerat. s. qꝫ interpositio terre sit cā defectus et nō econuerso. et dicit manifestū esse qꝫ lunā deficere. nō est cā eius qꝫ est terrā esse in medio sed econuerso. qr in rōne eclypsis ponif qꝫ terra sit in medio: vt supra dictū est: cāz igif qd et ppter qd sint idē: manifestū est qꝫ defectus cognoscitur per interpositionē terre: sicut per medium ppter quid: et non econuerso. ¶ Deinde cum dicit.

H ¶ An fieri pōt: vt vni⁹ plures sint cause. Etenī si sit: vt idē primo de plurib⁹ pdicef. Sit. a. qꝫ qdē tā. b. q̄z. c. cōpetat primo: quorū alterū isit. d. alterū ipsi cōpetat. e. Inerit igif ipꝫ. a. illis vtrisqz. e. inquā et. d. Atqz vt insit qdē ipsi. d. cā est ipm. b. Ut cōpetat aūt ipsi. e. cā est ipꝫ. c. Quare si causa est: necesse est et rem esse. Si vo res est. non est necesse id esse qꝫ est causa: sꝫ causaz quidem esse: non tamen omnem.

¶ Aut ꝯtigit vni⁹ plures cās esse. Et nāqz si est idez de plurib⁹ primū pdicari. sit. a. in. b. primo eē: et in. c. alio prio: et h sit in. d. et illꝰ in. e. Erit itaqz. a. in. d. et. e. vtraqz cā aūt est: in. d. qdē. b. in. e. aūt. c. Quare cū cā sit: necesse est rem esse.

sed res cũ sit nõ necesse est quidẽ φ sit cã. Causam quidem necesse est esse: non tamen oẽm.

¶ Soluit pmã q̃onẽ oñdens in qb⁹ verũ sit φ cã ꝛ cãtũ se sequant̃ ꝛ in qb⁹ nõ. Et circa h̃ duo facit. Prio oñdit in q̃bus nõ sit vez. 2° in q̃bus sit vez. ibi[Aut si semp.] Dicit q̃ p̃ φ ꝯtingit vnũ cõe hre plres cãs s; φ ꝯuenit diuersis. sicut eẽ vituperabile ꝯuenit audaci pp excessum: timido aũt pp defectũ. Accipiat̃ q̃ φ aliq̃d vnũ p̃dicet̃ de plurib⁹ p̃ ꝛ imediate vt p̃dicet̃. a. de. b. p̃: ꝛ silr de. c. sicut eẽ vituperabile de supabundãtia ꝛ defectu: ꝛ ista duo. s. c. ꝛ. b. p̃dicent̃ de. d. ꝛ. e. sicut supabundãtia ꝯuenit audaci: defect⁹ aũt timido. Predicabit̃ itaq; . a. de. d. ꝛ. e. q2 tã audax q̃ timidus est vituperabilis. Cã autẽ φ. a. sit in. d. est ipm. b. Est. n. audax vituperabilis pp supabundãtiã. Ꝙ aũt. a. insit ipsi. e. cã est ipm. c. Timidus. n. vituperabilis est pp defectũ. Pz q̃ φ cũ cã sit: necesse est rẽ eẽ. q2 siue. a. sit supabundãtia siue defect⁹: neċe est aliq̃d esse vituperabile: sed existe re: neċe est q̃dẽ φ aliq̃ cã rũ: sit nõ tñ neċe est quãlibet cãm eẽ. Sic posito φ aliq̃d sit vituperabile. nõ est neċe φ sit in supabũdãtia: s; neċe est φ sit vel in supabũdãtia vel in defectu. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Aut si semp id q̃d ꝓponitur vle est: cã quoq; tota q̃dã est: ꝛ id cui⁹ est cã vle etiã est. Veluti folijs spoliari: toti cuidã inest determinato: ꝛ si spẽs sunt illius: ꝛ his vlr aut plãtis: aut huiuscemodi plãtis cõpetit: quare ꝛ mediũ i his: ꝛ id cui⁹ est cã eq̃ sint op;: ꝛ ꝯuertãt̃: veluti pp q̃d arbores folijs spoliant̃. Quid si idipsu; ob ꝯgelationẽ esse op;: ꝛ si ꝯgelatio nõ cui⁹ inest: sed arbori: folijs arborem spoliari oportet.

¶ Aut si semp est vle ꝓpositũ: ꝛ cã q̃dã toti est: ꝛ cui⁹ est cã vlr: vt folio fluere in toto quodã determinatũ est: ꝛ si spẽs ipsi⁹ sint multe: ꝛ vlr igit̃ aut plãtis: aut h⁹ plãtis: q̃re mediũ eq̃le op; esse in his ꝛ cui⁹ est cã ꝛ ꝯuerti: vt pp q̃d arbores folio fluũt. Si ergo pp densitatem h⁹ folio fluit arbor: op; esse densitate;: si densitas est: non in qualibet: sed in arbore: folio fluit.

¶ Oñdit in q̃bus neċe sit simul se ꝯseq cã; ꝛ causatũ. ꝛ dicit φ si aliq̃d querat̃ in vli ꝛ accipiat̃ tãz cã q̃ id cui⁹ cã ꝛ q̃rit̃ in vli: tũz op; φ ad cãm semp sequat̃ effectus: ꝛ ad effectu; cã. Sicut hoc q̃d est fluere folio nõ ꝯuenit p̃mo plurib⁹: vt erat in p̃missio exemplo: sed determiate vni p̃mo cõi: cui⁹ illius cõis sint multe spẽs: q̃bus vlr ꝯuenit φ fluunt folio: puta si accipiamus plãtas vel plãtas tales. s. lata folia hñtes. vñ in oĩbus istis op; accipere eq̃le mediũ: ita φ ꝯuertatur cã ꝛ id cui⁹ est cã. Sicut si q̃ramus q̃re arbores fluũt folio. si accipiat̃ cã h⁹ esse pp hoc φ humidũ est ꝯdensatu; ꝛ sic facilr⁹ desiccabile: sequet̃ φ si cãtum sit: φ ẽt cã sit: puta si fluit arbor φ sit ꝯdensatio hũoris. Et ecõuerso op; φ posita cã in tali subiecto ponat̃ effect⁹: vtputa si ꝯdensatio humoris est nõ in quacũq; re sed in arbore: sequit̃ φ folio fluat.

¶ At q̃ret quispiã rursus si fieri possit: vt nõ eadẽ eiusdẽ sit vniuersis cã: sed diuersa: nec ne.

¶ Utrũ aũt ꝯtingat nõ eãdẽ cã; eiusdẽ in oĩb⁹: sed alteram: aut non. Lectio. XIX.

POstq̃ ph̃s determinauit q̃onez motã. vtrũ ad existentiã effectus sequat̃ existẽtia cause ꝛ econuerso. hic ingrit vtrũ ad vnitatẽ cause sequat̃ vnitas effectus ꝛ econuerso. Et circa h̃ duo facit. Primo oñdit q̃ũo ad vnitatez effectus sequat̃ vnitas cause. Scd̃o ex hoc manifestat ꝯsecutionẽ cause ꝛ effectus. ibi[Habet autẽ sic ꝯsequi.] Circa p̃mũ tria facit. Primo ꝓponit q̃onem que est vtrũ ꝯtingat φ eiusdẽ effectus nõ sit eadẽ causa in oĩbus: sed alia ꝛ alia: vel nõ. Uidebat̃ eni; in solutione p̃misse questionis supponi φ contingat vni⁹ effectus in diuersis reb⁹ esse diuersas causas. ¶ Secundo ibi.

¶ An si p se q̃dẽ est demõstratũ: ꝛ nõ per signũ aut per accñs id fieri nequit: q̃ppe cũ ipsu; medium extremi sit ratio. Sin ꝟo non hoc pacto est demonstratum: fieri potest.

¶ Aut siquidem per se demonstretur: ꝛ nõ s̃m signum aut accidẽs: nõ põt autez esse. ratio eni vltimi medium: si ꝟo non sic est: contingit.

¶ Soluit q̃onẽ distinguẽdo. Cõtingit enim aliq̃d assignari pro cã alicui⁹ effectus triplr. Uno modo accipiẽdo cãm p se: ꝛ sic demõstratiue ꝯcludẽdo effectũ. Alio modo accipiẽdo signũ. Tertio mõ accipiẽdo aliq̃d accñs. Si q̃ accipiat̃ pro cã id q̃d per se est mediũ demõstrationis. non põt esse nisi vna cã vnius effect⁹ in oĩbus. Et hoc ꝓbat: q2 hoc mediũ per se in demõstrationib⁹ est rõ vltimi. i. diffõ maioris extremitatis: que tñ si demõstrari indigeat de subiecto. demõstrabitur per diffõnem subiti: vt supra habitũ est. Manifestũ est autẽ φ vni⁹ vna est diffõ. vnde op; φ vni⁹ effectus nõ accipiat̃ nisi vna cã que est mediu; demõstrationis. Si ꝟo nõ accipiat̃ quasi cã inferẽs id q̃d est per se mediu; demonstrationis. sed accipiat̃ pro medio aliq̃d signũ vel aliquod accidẽs: tunc ꝯtingit vni⁹ effectus accipi quasi plures causas in diuersis. sicut pz in exẽplo superius posito. Per se enim cã φ aliq̃d sit vituperabile est p̃ter rectã rõnem. S; φ aliquid sit superabundans vel deficiens est signum eius quod est preter rectam rationem. ¶ Tertio ibi.

¶ Sit aũt id cui⁹: ꝛ id cui est cã: per accñs ꝯsiderent̃. Nõ tñ ex numero eoz eẽ vident̃ que ꝓponunt̃. Q̃d si ita nõ est: silr habebũt ꝛ mediu;: Si. n. equoca sint: mediu; habebũt equocum. Si sint vt i gñe: mediũ habebũt silr: veluti pp q̃d ẽt mutuo ordie silĩtudinẽ subeũt rõnũ. Est eni alia cã in lineis: ꝛ in numeris. Atq; eadem alia q̃dẽ est: vt lineaz rõnẽ subit. Eadẽ ãt vt tale h; icremẽtũ ꝛ eodẽ in oĩb⁹ mõ. Ut color aũt colori figuraq; figure sit silis. Alia erit aliĩ cã. Simile nãq; in his est equocũ. In figuris. n. i silitudĩe forsitan rõnu; ꝯsistit: q̃ iter latera sunt ꝛ angulo; eq̃litate. In colorib⁹ autẽ in vnitatẽ ipsi⁹ sensus: aut aliquo tali: ea ꝟo que silitudine rationũ eade; sunt: medium idẽtidẽ similitudine rationum idem habebunt.

¶ Est aũt ꝛ cãm ꝛ cui⁹ cã in quo cõsiderare s; accñs: imo videt̃ ꝓblemata esse. Si aũt nõ: silr se habebit mediũ. Siquidẽ equocu;: ꝛ equocu; mediu; est: si ꝟo sic in gñe sit: silr se hebit: vt pp q̃d vicissi; analogu;. Alia. n. est cã in numeris ꝛ in lineis: ꝛ eadẽ. Inq̃ãtũ ãt linea est: nõ eadẽ est: inq̃ãtu; ãt hñs augmẽta hui⁹ eadẽ sicut in oĩbus. Similẽ autẽ eẽ colorẽ colori: ꝛ

A figurã figure aliã cãʒ esse. Equocũ.n.est siĺe in oib⁹. Hoc qdē est fortassis sm analogiã hēc latera eq̃lia ⁊ eq̃les angulos. In coloꝛib⁹ aũt vnũ sensum esse. aut aliquod aliud h̃ȝ. Scđm autē analogiã eadē sũt: ⁊ mediũ se hȝ sm analogiã.

¶ Manifestat positã solonem osidens mēbra diuisionis posite esse possibilia: ⁊ dicit ꝙ ꝯtingit ⁊ id qđ est cã: ⁊ id cuius est cã ꝯsiderare sm accñs: sicut musicus per accñs est causa domus: cuius per se est cã edificatoꝛ: qui tñ est cã recepta culi latronũ per accñs: si hoc ꝯtingat in domo fieri. q̃ itmo ēt ipsa ꝓblemata videnť esse p accidēs. Si vo nõ accipiať per accñs cã ⁊ causatũ: opȝ ꝙ mediũ qđ accipiť pro cã siĺr se habeat cũ effectu cuius demõstratio q̃ritur: vtpote si aliqua sunt equoca: ⁊ mediũ cõe qđ accipiť erit equocum. Si aũt nõ sint equoca: sed ꝯueniãt q̃si in gñe: ⁊ mediũ erit cõe sicut genus: sicut vicissim analogũ.i. cõmutatim ꝓportionari vniuoce in multis inueniť. puta in numeris ⁊ lineis in q̃bus hȝ quodãmodo aliũ cãm: ⁊ quodãmõ eandē. Aliã qdeȝ sm spēm: inq̃ntũ.s. alij sunt numeri ⁊ alij lineę: sed est gñe eadē inq̃ntũ.s. tã lineę q̃ȝ numeri ꝯueniũt in hoc ꝙ habēt tale argumētũ ex quo in eis cõmutata ꝓportio demõstrať. Aliud aũt exēplũ subiungit in equocis: ⁊ dicit ꝙ ei⁹ qđ est siĺe: alia causa est in coloꝛib⁹ ⁊ in figuris: q᷑ equoce dr̃ vtrobiq̃. In figuris enim nihil est aliud esse siĺe q̃ȝ ꝙ latera habeant analogiã.i. ꝙ sint adinuicē ꝓportionabilia: ⁊ ꝙ anguli sint equales. Sed in coloꝛibus eē siĺe est ꝙ faciãt eãdeȝ immutationē in sensu: vel aliqđ aliud h̃ȝ. Tertio aũt dicit de his que cõueniunt sm analogiã: q̃ꝛ in his opoꝛtet esse medium vnum sm analogiã: sicut supra dictũ est: q᷑ tãȝ iris q̃ȝ echo est quedã repercussio. ¶ Deinde cum dicit.

Tex.2°.

C ¶ Cã aũt ⁊ id cui⁹ est cã: atq̃ȝ id cui est cã: ita sese habēt ad mutuo se sequēdũ. Naȝ si h̃ sumas per singula: id cui⁹ est cã ad plura sese extendit. velut externos angulos q̃tuoꝛ rectis eq̃les habere extēdit triãgulũ atq̃ȝ q̃dratũ. Ꝫ si oia sumas: equaľ. Sunt.n. q̃cũq̃ȝ q̃tuoꝛ rectis eq̃les externos angulos hñt. Siĺr sese hȝ ⁊ mediuȝ. Est aũt ipȝ mediũ extremi rõ p̃mi. Quo circa scie oẽs p diffõnē fiũt: veluti spoliari frondib⁹ siĺ seq̃tur vitē: atq̃ȝ excedit. Et ficũ itē atq̃ȝ excedit: sȝ nõ oia superat: sȝ equaľ. Si igiť primuȝ

D mediũ sũpseris rõ illđ erit abijciēdi folia. Erit eniȝ primũ qdē mediũ ṽsus extremũ alteꝝ: tales inquã vniuersis eē: deĩde mediũ hui⁹ succũ ꝯgelari: vel aliqđ aliud tale. At si quispiaȝ interrogauerit qđ est defluere folia: ꝯgelari r̃ndebimus eius succũ qui in seminis ꝯiũctiõe ꝯsistit.

Vide in anno.

¶ Habet aũt sic ꝯsequi cãm adinuicē ⁊ cui⁹ est cã: ⁊ in quo est cã. Vnũq̃đq̃ȝ qdē accipienti ⁊ cuius est cã: ⁊ cã in plus est: vt in q̃tuoꝛ eq̃les: qui sũt extra in plus sũt q̃ȝ in triãgulis aut q̃drãgulis: in oib⁹ aũt ⁊ in eque. Quecũq̃ȝ.n. q̃tuoꝛ rectis eq̃les que sũt extra: ⁊ mediũ siĺr est. Est aũt mediũ rõ primi termini ex quo oẽs scie sũt per diffõnes: vt folio fluere siĺr seq̃ť vitē: ⁊ excellit ficũ: sȝ ñ oia: sȝ eq̃liũ ē. Si vo accipiat aliquis primũ mediũ: rõ fluēdi foliũ est. Erit eni primũ qdē qđ in altera mediũ: q̃m hui⁹ sit oia: sit hui⁹ mediũ q̃m succ⁹ dēsať: aut aliqđ h̃ȝ: qđ aũt ē folio fluere: dēsari i ꝯtactu seminis succũ.

B ¶ Ostendit sm p̃missa qualr̃ sibi inuicē cãe ꝯsequanť. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit qualis sit ꝯsecutio cãe ⁊ effectus. 2° ordinat h̃ȝ ꝯsñam in figura syllogistica. ibi [In figuris aũt.] 3° mouet quãdam dubitationeȝ ex p̃missis. ibi [Si autē in alhomũ.] Dicit ergo p̃mo ꝙ talis modus ꝯsñe inuenitur inter cãm ⁊ causatũ ⁊ subm cui inest illud cãtum: ꝙ si aliq̃s accipiat sm vnuȝ aliqđ ꝑticulare id cuius cã q̃ritur: erit in plus q̃ȝ cã vel subiectũ: sicut habere angulos extrinsecos equales quatuoꝛ rectis cõuenit triãgulo eadē rõne: q᷑ tres anguli eius extrinseci simul cũ trib⁹ itrinsecis sũt equales sex rectis. cũȝ igitur tres intrinseci sint equales duobus rectis: sequitur ꝙ tres extrinseci sint eq̃les quatuoꝛ rectis.

F Etiã quadrãgulus hȝ q̃tuoꝛ angulos eq̃les q̃tuoꝛ rectis: sed alia rõne: anguli eni ei⁹ itrinseci ⁊ extrinseci sunt eq̃les octo rectis: sed anguli itrinseci q̃drãguli sũt eq̃les q̃tuoꝛ rectis. ḡ anguli extrinseci sunt eq̃les q̃tuoꝛ rectis. Sic igiť hēc angulos exteriores equales q̃tuoꝛ rectis est in plus q̃ȝ triãgulus aut q̃drangulus: sed si simul accipianť equalr̃ se habebũt. Quecũq̃ȝ eniȝ figure cõicant in hoc ꝙ habeãt angulos exteriores eq̃les q̃tuoꝛ rectis: opȝ ꝙ siĺr cõicēt in medio qđ est cã eq̃litatis ad q̃tuoꝛ angulos rectos. Et h̃ ꝓbat sicut ⁊ p̃us p h̃ ꝙ mediũ est diffõ maioris extremitatis: ⁊ idē est ꝙ oẽs scie fiũt p diffõnē. Probat aũt hoc p exēplũ in reb⁹ nãlib⁹. Hoc.n. qđ est folio fluere ꝯsequiť ad vitē: ⁊ q᷑ ex pluribus ꝯsequiť ēt ad ficũ nõ excedit ipsas: tñ est excessiuũ oium q̃bus ꝯuenit: sed est eoꝝ sicut eq̃liũ. Si ergo aliq̃s velit accipere id qđ est p̃m mediũ re⁹ oium. erit hec diffõ ei⁹ qđ est folio fluere: q̃ qdē diffõ erit p̃m mediũ ad alia eo ꝙ oia talia sunt. Et iteꝝ hui⁹ accipieť aliqđ aliud mediũ: puta ꝙ succ⁹ densať p desiccationē vel aliqđ aliud h̃ȝ. Vñ si q̃rať qđ est folio fluere dicemus ꝙ nihil aliud est q̃ȝ ꝯdensari succũ seminis in cõtactu.s. folij ad ramuȝ. ¶ Deinde cum dicit.

G ¶ In figuris aũt hoc pacto quispiaȝ assignabit: q̃rētibus quonã pacto se sequanť cã ⁊ id cuius est cã. Ponať.a. cuilibet inesse.b. ipsum aũt.b. cuiq̃ȝ cõpetat eoꝝ q̃ sũt.d. A. igiť vĺe hisce fuerit que sũt.d. Eteniȝ id vĺe dico qđ nõ ꝯuertiť. id aũt vĺe vocito primũ: cũ quo vnũq̃đq̃ȝ qdē nõ ꝯuertiť: vniuersa aũt ꝯuertunť atq̃ȝ equanť. B. igiť cã est vt a cũctis hisce cõpetat que sũt d. Opȝ ergo ipsuȝ.a. ad plura sese extēdere q̃ȝ ipsuȝ.b. Ꝫ si ita nõ est: cur magis hoc erit illi⁹ cã? Ꝫ si.b. nõ oibus cõpetit.c. erũt vniuersa illa vnũ qđ aliud ab ipso.b. Alioquin quo nã pacto dicere licebit. A. qdē ipsum oi cõpetere.c. ipsuȝ aũt.c. nõ oi cõpetere.a. Cũ vo nõ erit aliqua cã. nã ipm.a. cũctis cõpetit.d. at ipsis etiaȝ

H e. Et ipa igiť vnũ qđ erũt: atq̃ȝ id ꝯsiderare oȝ: ⁊ sic.c. Fieri igiť põt: vt eiusdeȝ: sed nõ eisdem spẽ plures sint cause: veluti vt lõge sint vite q̃drupedes qdē causa est ipsas bili vacare: volucres autem ipsas esse siccas aut aliquid aliud.

¶ In figuris aũt sic assignabit q̃rētib⁹ ꝯsecutionē cãe: ⁊ cui⁹ est cã. Sit eni.a. qdē in.b. oi.b. at in vnoquoq̃ȝ eoꝝ que sũt.d.b. qdē vĺr vtriq̃ȝ in

Vide in anno.

I ipsis erit.d.Hoc aūt dico vl'e qd nō ↄuertit̄.oia aūt ↄuertunt̄ ⁊ excedunt̄. In ipsis igitur eē cā ipsi⁹.a.b.est:opȝ itaqȝ.a.in plus q̄ȝ.b.extendi. Si vo nō:qd magis erit cā hoc illius. Si ergo in oib⁹.c.est.a.erit aliqd vnū:illa oia aliō.a.b. Si enī nō:quō erit dicere:qm̄ i quo est.c.sit.a. oi:in quo aūt.a.nō oi sit.c.pp qd.n.erit aliq̄ cā: vt.a.sit in oib⁹.c. Si itaqȝ que sūt.c.erūt aliqd vnū ↄsiderare opȝ:⁊ sit.c. Cōtingit igit̄ ⁊ plures cās esse eiusdē:sȝ nō eiusdē specie:vt longe vite esse q̄drupedia causa est non habere chole

K ram:volatilia autē sicca esse aut aliqua alia.

¶ Ordinat modū p̄dicte ↄsecutionis in figura syllogistica: ⁊ dicit q̄ si querat̄ ↄsecutio cāe ⁊ causati sic poterit assignari s̄m figuras syllōꝝ. Sit eniȝ.a.in oi.b.b.aūt in vnoquoqȝ eoꝝ que sunt.d.sed in plus q̄ȝ.d. Sic igit̄.b.vl'r erit in his que ↄtinent̄ sub.d.s̄m q̄ vl'r dicit̄ inesse:qd non ↄuertit̄:sed ⁊ primū vl'e est cui vnūqdqȝ qdem ↄtentoꝝ sub eo nō ↄuertitur.oia aūt simul accepta ↄuertunt̄ cū p̄mo vl'i:sed excedunt qdlibet eoꝝ que sub eo ↄtinent̄. Sic igitur q̄.a.sit in ipsis que ↄtinent̄ sub.d.cā est.b. Oportet ergo q̄.a.extēdat̄ in plus q̄ȝ.d. Si aūt nō:sed se haberet ex equo:q̄re magis.b. esset cā in inferēdo q̄.a.sit in.d.q̄ȝ econuerso. Pōt enim ex vtroqȝ ↄuertibiliū ↄcludi aliud. Ponat̄ igit̄ vlterius q̄.a. p̄dicetur de oibus in q̄bus est.c.sed nō ↄuertitur.opȝ.n.dicere q̄ illa oia que ↄtinent̄ sub.b.sint aliqd vnū diuersum ab eo qd est.b. Si eniȝ nō esset aliud.c.q̄ȝ.b.quō esset veruȝ dicere q̄.a.inesset oi.b.⁊ nō ecōuerso:cū.a.nō sit nisi in.c.⁊ in

L b.⁊ ita sequeret̄ si.c.⁊.b.nō eēnt aliud q̄ȝ.a.nō eēt in plus q̄ȝ c. Supponat̄ ḡ q̄.a.sit in plus q̄ȝ.d.⁊.q̄ȝ.c.q̄re ḡ nō poterit inueniri aliq̄ cā pp quā insit oibus que sūt in.d.⁊ hec cā ē.b. Sed adhuc querēdū est vtrū ⁊ oia que ↄtinent̄ sub.c.habeant aliquā vnā cām.⁊ sit talis cā.c. Igit̄ cōcludit q̄ ↄtingit eiusdē esse plures cās:sed nō eiusdē s̄m spēm. Sicut ei⁹ qd est.a.cā est.b.⁊.c.sȝ.b.est cā q̄.a.insit his que ↄtinent̄ sub.d. c.aūt est cā q̄.a.insit his que ↄtinent̄ sub.e. Et ponit exēplū in his rebus nālibus. Sit eniȝ hoc qd est esse lōge vite q̄si.a.q̄drupedia q̄si.d.sed non habere cholerā.i.sup̄fluā sit q̄si b.qd est cā in q̄drupedibus lōge vite.volatilia aūt q̄si.e.siccū aūt esse vel aliqd aliud h̄ꝫ qd est in eis cā longe vite:aut aliquid aliud h̄ꝫ sit quasi.c. ¶ Deinde cum dicit.

M ¶ Q: si nō statim accedūt ad idiuiduū:⁊ si non solū vnū:sed plura sunt media:plures ēt ⁊ cause sūt. Utrū aūt medioꝝ sit singulis cā:vtrū id qd est v̄sus vl'e primū:an id qd versus singula collocat̄. Pȝ igit̄ ea esse que p̄pinquissima sūt vnicuiqȝ cui est cā:nā vt primū sit sub vl'i.hoc est cā:veluti vt.a.cōpetat ipsi.d.cā est ipsuȝ.c. Ut igit̄.a.cōpetat ipsi.d.cā ipsuȝ.c.vt aūt.a.cōpetat ipsi.c.cā est ip̄ȝ.b.at vt huic insit idipsuȝ. At.n.de rōcinatione qdē demōstrationeue qd nā vtrūqȝ sit. Et quo sit mō satis iam patuit:⁊ simul etiā demōstratiua scia. Est enim idem.

Uide in anno. ¶ Si aūt in athomum nō statiȝ veniūt nō soluȝ vnū mediū est:sed plura:⁊ cāe plures sunt. Et q̄lis est cā medioꝝ que ad vl'e p̄ria est:aut que ad singulare singulariū. Manifestuȝ igit̄ est q̄ magis p̄rime vnicuiqȝ p̄ria est cā:primū qdē

N sub vl'i eē:hec est cā vt in.d.qd est.c.ipsi⁹.b.cā est. In.d.qdē igit̄ esse.c.cā est ipsi⁹.a. In.c.aūt a.b. In b aūt eadē est. De syllō ⁊ demōstratione qd vnūquodqȝ sit:⁊ quō sit:manifestū est: Sil'r aūt ⁊ de scia demōstratiua:idē enim est.

Te ↄ.16.

¶ Mouet quandā dubitationē ex p̄missis. Dictū est supra q̄ nō statim a p̄ncipio venit̄ in aliqd athomū.i.indiuisibile: in quo inueniat̄ illud cuius cā q̄ritur:sed statim inueniunt̄ multa ⁊ indiuisa in q̄bus illud vnū inuenit̄:⁊ nō est vnum mediū per qd de oibus illud vnū demonstret̄:⁊ cause plures sunt. Est ergo dubitatio si illoꝝ medioꝝ oporteat aliquā cām accipere:vtrū oporteat eam accipere ex p̄te vl'is p̄mi:puta ex p̄te ipsius.a.vel ex parte singulariū id est eoꝝ que sunt minus cōia:sicut supra accipiebat̄.c.⁊.d.vel q̄drupedia ⁊ aues.

O Et ad hoc r̄ndens dicit q̄ opȝ semp̄ media accipere que sunt p̄pinquiora subiecto in quo querit̄ cā illi⁹ cōis causati.⁊ sic opȝ p̄cedere quousqȝ p̄ueniat̄ ad id qd est imediatū cōi causato. Et huius rōnem assignat q̄: illud qd est ex parte eius qd cōtinetur sub aliquo cōi:est ei cā q̄ sit sub illo cōi:sicut.d.est sub.b.⁊ si.c.sit cā.d.q̄.b.insit ei.⁊ ex B sequitur vlteri⁹ q̄.c.sit cā q̄.a.insit.d.⁊.q̄.a.insit.c.b.est cā ipsi autē.b.inest.a.per seipsum ⁊ imediate. Ultimo aūt epilogat ea que dicta sunt in tota doctrina analyticorum:⁊ dicit q̄ manifestuȝ est ex premissis tam in libro prioꝝ q̄ȝ in libro posterioꝝ de syllogismo ⁊ demonstratione quid sit.⁊ quō fiat vtrunqȝ:⁊ similiter manifestū est de scientia demōstratiua quō fiat in nobis. Hoc enim ad ideȝ pertinet:quia demonstratio est syllogismus faciens scire vt supra in primo habitum est.

Tex.4.

P ¶ De principijs autē quonā pacto nota nobis euadunt:⁊ quis habitus ea cognoscit hinc patefiet:si antea dubitabimus.

¶ De principijs aūt quō fiūt cognita p̄cipia:⁊ q̄s est cognoscēs habitus:hinc est māifestū: dubitantibus qdem primū. Lectio. XX.

T.cō.23.

Ostq̄ȝ Ph's ostendit quō cognoscat̄ id qd est principiū demonstrationis s̄.mediū.s.quid ⁊ p̄pter qd.hic ostendit quō cognoscant̄ prima principia demonstratiōis cōmunis. Et p̄mo dicit de quo est intentio. Scdo exequitur p̄positū.ibi[Qd qdem igit̄ ⁊c̄.] Dicit ergo primo q̄ ex his que sequent̄ manifestū erit de principijs p̄mis indemonstrabilibus qual'r eoꝝ cognitio fiat in nobis:⁊ quo habitu cognoscantur. Hoc tn̄ ordine obseruato:vt prius circa hoc dubitationes ponamus. ¶ Deinde cum dicit.

Q ¶ Fieri itaqȝ nō posse:vt demōstrationeȝ q̄sq̄ȝ sciam ↄsequat̄:si non cognoscat prima principia vacātia medijs:prius est dem̄ ac explicatū.

¶ Quod quideȝ igitur non contingit scire per demonstrationem non cognoscentem prima principia immediata dictum est prius.

¶ Exequitur p̄positum. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationem. Scdo soluit.ibi[Necesse itaqȝ est habere ⁊c̄.] Circa primū tria facit. Primo premittit quoddā ex quo ostendit̄ necessitas h' inquisitionis. Scdo mouet qōnes.ibi[Immediatoꝝ aūt ⁊c̄.] Tertio obijcit ad questionem.ibi[Siquidem ⁊c̄.] Dicit ergo primo qd dictuȝ est q̄ nō cōtingit aliquid scire per demonstrationē:nisi precognoscantur prima p̄ncipia imediata. Et ideo ad scientiam que est de demonstratione vtile est vt sciatur qualiter prima p̄ncipia cognoscantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dubitaueris

A ¶ Dubitauerit aũt quispiaʒ vtrũ cognitio eoꝝ que medijs vacant sit eadeʒ: an ante nõ eadẽ: ꝛ vtruʒ scientia sit vtriusqʒ an ante sit: sed alteri⁹ quidẽ sciẽtia: alterius aũt aliquid aliud genus: ꝛ vtruʒ habitus eorum non insint: sed fiant ac acquirantur: an insint quidem sed lateant.

¶ Immediatorũ aũt cognitio vtruʒ eadem est: aut nõ eadẽ dubitabit vtiqʒ aliqs: ꝛ vtrũ scientia vtriusqʒ: aut est: aut nõ est: aut hui⁹ qdẽ sciẽtia: illius aũt alterũ aliqđ genus sit: ꝛ vtruʒ cui non insint habitus fiant: aut dum insint lateant.

B ¶ Mouet dubitationes tres circa pdictam cognitionẽ pncipiorũ: quarũ pma est. vtrũ oium imediatorũ pncipiorum sit eadẽ cognitio vel nõ. Scđa dubitatio est: vtrũ oiuʒ imediatorũ sit scia vel nullorũ: aut sit scia quorũdaʒ: alioꝝ ῾vo aliud genus cognitionis. Tertia ῾vo questio est. vtrũ habitus istorum principiorũ fiat in nobis cum prius nõ fuerunt: vel in nobis fuerunt: sed tamen nos lateat.

¶ Si igitur ipsos habemus absurduʒ est sane. Fit enim vt lateat nos habentes certiores demonstratione cognitiones has habere.

Vide in anno. ¶ Siquidem igitur habemus ipsos inconueniens est. Contingit enim ꝛ certissimas habitas cognitiones demonstrantem latere.

C ¶ Obycit ad qõneʒ vltimã ad quã alie ordinanť. Et primo obycit ad vnã partẽ: ꝛ dicit ꝙ est incõueniens dicere ꝙ habeamus habitus horũ pncipiorũ ꝛ lateat nos. Manifestuʒ est eniʒ ꝙ illi qui habẽt cognitionem pncipiorũ: habent certiorẽ cognitionẽ cognitione que est per demõstrationẽ. Nõ enim põt haberi ita ꝙ lateat habenteʒ. Dictum est enim in pncipio libri: ꝙ ille qui habet scientiam scit ꝙ ipossibile est aliter se habere. ergo multo minus potest esse ꝙ aliqs hẽat cognitionẽ principiorũ imediatorũ: ꝛ lateat ipsum. Nõ tamen inconueniẽs sequeretur si habitus huiusmodi inessent ꝛ laterent. ¶ Secundo ibi.

¶ Sin ῾vo nõ habentes prius acquirimus: quonam pacto cognoscamus atqʒ discamus ex nõ antecedenti cognitione. Id eniʒ fieri nequit: vt de demonstratione etiam dicebamus.

¶ Si aũt accepimus nõ hñtes pri⁹. itaqʒ qualr cognoscim⁹ ꝛ addiscim⁹ ꝛ nõ ꝑexñti cognitione. Impõe. n. est sicut in demrõnẽ diximus.

D ¶ Obycit ad 3ium. Si eni aliqs dicat ꝙ accipim⁹ de nouo habitus pncipioꝝ cũ prius eos nõ habuerim⁹: relinquitur vlterius dubitatio qualr possumus hõ pncipia de nouo cognoscere ꝛ addiscere: ꝛ hoc nõ ex aliq̃ ꝑexistẽti cognitione. Impossibile est eniʒ aliqđ addiscere nisi ꝑexistenti cognitione: sicut ẽt supra circa demonstrationẽ dixim⁹. Immediata aũt pncipia ideo ex ꝑexistẽti cognitione addiscere nõ possum⁹. qꝛ ꝑexistẽs cognitio est certior: cuʒ sit causa certitudinis his que per eaʒ innotescũt. Nulla aũt cognitio certior est cognitione hõ pncipiorũ. Vñ non videť ꝙ possimus ea cognoscere: cũ prius nõ cognouerimus. ¶ Tertio ibi.

¶ Constat igiť fieri nõ posse: vt aut habeamus ipsos: non eni sane ignoraremus: aut ignari nullumqʒ habentes habitum consequamur.

¶ Manifestũ igiť est qm̃ neqʒ habere possibile est ignorãtib⁹: ꝛ neqʒ nõ hñtibus habitũ fieri.

E ¶ Cõcludit ex pmissis duab⁹ rõnibus ꝙ neqʒ põe est semꝑ hẽre cognitionẽ horũ pncipioꝝ que nos lateãt: neqʒ ẽt põe est ꝙ in nobis generet de nouo talis cognitio: oino ignorantia pcedẽte: ꝛ non aliquo alio habitu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse est itaqʒ viʒ quidem nos aliquã potentiamqʒ habere: non tamen taleʒ vt his ipsis exactior sit: ac certitudine prestabilior.

¶ Necesse itaqʒ est habere quãdaʒ quidem potentiã: non huiusmodi autem habere vt sit his honorabilior sm̃ certitudinem.

F ¶ Soluit pmissas qõnes. Et p̃ soluit vltimaʒ. 2° soluit duas pmas. ibi [Qm̃ aũt eorũ que circa intellm̃ ꝛc.] Circa pmuʒ duo facit. Primo soluit dubitationẽ. Scđo manifestat solones positã. ibi [Qđ aũt dictũ est oium ꝛc.] Circa primuʒ tria facit. Primo pponit ꝙ opʒ aliqđ cognoscitiuuʒ in nobis pexistere. Scđo ostẽdit qđ sit illđ. ibi [Videť aũt ꝛc.] Tertio ondit quõ ex ꝑexistenti cognoscitiuo principio fiat in nobis pncipioꝝ cognitio. ibi [Ex sensu qdeʒ ꝛc.] Dicit ergo primo ꝙ necesse est a pncipio in nobis esse quãdaʒ potẽtiã cognoscitiuã. que. s. ꝑexistat cognitiõi pncipioꝝ: non tñ talẽ que sit potior q̃tũ ad certitudinẽ cognitione pncipioꝝ. Vñ nõ eodeʒ mõ pncipiorũ cognitio fit in nobis ex ꝑexistenti cognitione: sicut accidit in his que cognoscunť ꝑ demõstrationẽ. qꝛ cognitio eoꝝ que cognoscunť ꝑ demrõnem. i. cognitio ꝯclusionuʒ fit in nobis ex ꝑexistenti cognitione intellectiua pncipiorũ. i. ex habitu: sed cognitio pncipiorum fit in nobis ex ꝑexistenti cognitione sensitiua. ¶ Deinde cum dicit.

G ¶ Videť aũt idipsuʒ aĩalib⁹ cũctis inesse. Nam habẽt vim quãdam insitam discernendi. quam quidem vniuersi sensuʒ appellant.

¶ Videť aũt hoc inesse oib⁹ aĩalib⁹. Hñt. n. nãlem potentiã idicatiuã: quã vocamus sensum.

¶ Ostendit quid sit illud principiũ cognoscitiuũ ꝑexistens. Et quantũ ad hoc ponit tres gradus in aĩalibus: quorũ pm⁹ est hoc qđ videť inesse cõiter oibus aĩalibus que oia habẽt quãdã cõnaturalẽ potentiã ad iudicãduʒ de sensibilib⁹ que vocať sensus: que nõ acqritur de nouo: sed ipsam nãm consequitur. ¶ Secundum gradum ponit ibi.

¶ Insito aũt aĩalib⁹ sensu nã in qbusdaʒ fit forme sensibilis mansio: in qbusdaʒ nõ fit. In qb⁹ igitur nõ fit: hisce ꝑter ipm sentire nõ est cognitio: aut omnino aut eorum circa que nõ fit forme mansio. In quibus autem fit: vt causa sentiunt vnum quid in anima habeant.

H ¶ Cum aũt insit sensus animalibus. in his quidem animaliũ mansio est sensibilis: in alijs aũt non fit. In quibuscũqʒ igitur nõ fit: aut omnino: aut circa que nõ fit: nõ est in his cognitio vltra quã sentiunt. In quibuscũqʒ aũt sentiẽtib⁹ est habere vnum quoddam in anima.

¶ Et dicit ꝙ cũ sit sensus in oibus aĩalibus: in qbusdã eoruʒ remanet aliqua ipressio sensibilis abeunte re sensibili: sicut ꝯtingit in oibus aĩalibus ꝑfectis. In qbusdã aũt non ꝯtingit hoc: sicut in qbusdaʒ aĩalibus iperfectis: sicut pʒ in his que nõ mouenť motu ꝓgressiuo. Et forte ꝯtingit ꝙ circa aliqua aĩalia remanet aliqua ipressio quãtuʒ ad aliqua sensibilia q̃ sunt vehemẽtiora: nõ aũt q̃tum ad aliqua que sunt debiliora. In qbuscunqʒ igiť aĩalibus omnino nulla impressio re-

I manet sensibilis:hõ aialia nullã cognitionẽ habẽt:nisi dum sentiunt. Et silr aialia in qbus nata est remanere talis ipressio:si circa aliqua sensibilia in eis nõ remanet:nõ psũt habere aliquã cognitionẽ nisi dum sentiunt. Sed aialia in quib⁹ inest hõ remansio impressionis ɔtingit adhuc habere quãdam cognitionẽ in aia pter sensuz:ꝛ ista sunt que habent memoriam. ¶ Tertium gradum ponit ibi.

¶ In his cum multa talia fiunt differentia quedam emergit:vt quibusdam ex talium mansione ratio fiat:quibusdam non fiat.

Vide in anno. ¶ Multis igitur factis huiusmodi:iam differẽtia quedam fit.quare in his quãdam est fieri rationem ex talium memoria.in alijs vero non.

K ¶ Et dicit ꝙ cũ multa sint talia aialia habẽtia memoriã:inter ea vlteri⁹ est quedã dña. Naz in qbusdaz eoꝝ fit rõcinatio de his que remanẽt in memoria:sicut in hoib⁹. In qbusdam aũt non:sicut in brutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex sensu igiẽ fit memoria qẽadmoduz dicimus:ex memoria vero sepius eiusdẽ facta.experiẽtia nasciẽ. Plures.n.memorie numero vna experientia est. Experiẽtia vero aut ex omni vniuersali quietẽ iã in aia ɔsecuto:qđ est vnũ preter multa qđqz in oibus illis vnuz inest:idẽqz principium artis atqz sciẽtie pullulat:artis si sit circa generationem:sciẽtie si sit circa id qđ est. Neqz igiẽ determinati habitus insunt:neqz ab alijs ad cognoscenduz magis aptis habitibus:

L sed a sensu fiunt vt diximus:veluti in prelio facta fuga:si steterit vnus:stetit ꝛ alius:deinde ali⁹: donec ad principium est peruentuz. Anima autem ꝛ talis vt possit id pati.

¶ Ex sensu quidem igitur fit memoria sicut diximus:ex memoria aũt multoties facta experimentum. Multe eniz memorie numero:experimentum est vnum. Ex experimento autẽ aut

Vide in annot. ex omni quiescẽte vniuersali in anima vno preter multa:qđ cum in oibus vnuz sit ꝛ idem:illud est artis principiuz ꝛ scientie:siqd circa generationẽ artis est:si vero circa esse scientie:neqz igitur determinati habitus:neqz ab alijs habitibus fiũt notioribus:sed a sensu:vt inuersione

M pugne.vno enim stante alter:stetit postea alter quousqz in principium veniat. Anima aũt cuz huiusmodi sit.qualis possit pati hoc.

¶ Ondit ẽm pdicta quõ in nobis fiat cognitio primoꝝ pncipioꝝ.ꝛ ɔcludit ex pmissis ꝙ ex sensu fit memoria:in illis scilicet aialib⁹ in qbus.s.remanet ipressio sensibilis:sicut.s. dictuz est. Ex memoria aũt multotiẽs facta circa eandẽ rez in diuersis tñ singularibus fit experimẽtũ:qꝛ experimẽtum nihil aliud vr ꝙ accipere aliqd ex multis in memoria retentis. Sed tñ experimẽtũ idiget aliq̃ rõcinatiõe circa pticularia p quã ɔfertur vnũ ad aliud.qđ est ppriũ rõnis. Puta

Experimentum qd. cuz talis recordaẽ ꝙ talis herba multotiẽs sanauit multos a febre:dr esse experimentũ ꝙ talis sit sanatiua febris. Nõ aũt non sistit in experimẽto particulariuz:sed ex multis pticularibus in qbus expertus est:accipit vnuz cõe qđ firmaẽ in aia:ꝛ ɔsiderat illud absqz ɔsideratione alicui⁹ singulariũ

N ꝛ hoc accipit vt pncipiũ artis ꝛ scie. Puta,dum medicus cõsiderauit hanc herbã sanasse sortẽ febriẽtẽ ꝛ Platonẽ ꝛ multos alios singulares hoies:cũ aũt sua ɔsideratio ad hoc ascẽdit:ꝙ talis spẽs herbe sanat febrientẽ simplr:hoc accipiẽ vt quedã regula artis medicine. Hoc est ergo qđ dicit ꝙ sicut ex memoria fit experimentũ.ita etiaz ex experimẽto:aut ẽt vlterius ex vli qescente in aia:qđ.s.accipiẽ ac si in omnib⁹ ita sit sicut est experimentuz in qbusdam. Qđ qdem vle dĩ esse qescens in aia:inquãtuz.s.ɔsideratur pter singularia in qbus est motus. Qđ etiã dicit esse vnũ pter multa:nõ quidẽ ẽm esse:sed ẽm ɔsiderationẽ intellc̃s:qui ɔsiderat naturã aliquã.puta hoĩs:nõ respiciẽdo ad sorte ꝛ platonẽ. Qđ ꝛ si ẽm ɔsiderationẽ intellc̃s sit vnuz pter multa:tñ ẽm esse est in oibus singularib⁹ vnuz ꝛ idẽ:nõ qdem numero.q̃si sit eadem

O humanitas numero oium hoium:sed ẽm rõnez spẽi. Sicut eniz hoc albũ est siẽe illi albo in albedine nõ quasi vna nũero albedine existe in vtroqz.ita etiã sortes est similis Platoni in humanitate.nõ quasi vna hũanitate nũero in vtroqz existẽte. Ex hoc igiẽ experimẽto ꝛ ex tali vli p experimẽtũ accepto est in aia id qđ est pn̄ᵐ artis ꝛ scie. Et distinguit inter artẽ ꝛ sciam.sicut ẽt in 6° ethicoꝝ.vbi dĩ ꝙ ars est recta rõ factibiliũ. Et iđ hic dicit ꝙ si ex experimẽto accipiaẽ aliqđ

Lec. 3° cap. 4° vle circa gñationẽ.i.circa quecũqz factibilia:puta circa sanationẽ vel agriculturã:hoc ptinet ad artẽ. Sciẽtia vero vt ibidẽ dĩ est circa necessaria.ꝛ ideo si vle ɔsideraẽ circa ea que semper eodẽ mõ sunt ptinet ad sciaz:puta circa nũeros vel figuras. Et iste modus qui dictus est cõpetit pncipijs oium sciarũ ꝛ artiũ.vnde cõcludit ꝙ neqz pexistũt in nobis habitus pncipioꝝ quasi determinati ꝛ cõplecti:neqz ẽt fiunt de nouo ab aliqbus notiorib⁹ habitib⁹ pexistẽtibus. Sicut generatur in nobis habitus scie ex pcognitione pncipioꝝ:sed

P habit⁹ pncipiorum sunt in nobis a sensu pexistẽte. Et ponit exẽplũ in pugnis que fiũt p reuersionẽ exercit⁹ deuicti ꝛ fugati. Cũ eniz vn⁹ eoꝝ pfecerit statũ.i.imobilr ceperit stare ꝛ nõ fugere.alter stat adiũgẽs se ei.ꝛ postea alter.quousqz tot cõgregenẽ ꝙ faciũt pncipiũ pugne.sic ẽt ex sensu ꝛ memoria vni⁹ pticularis:ꝛ iterũ alteri⁹ ꝛ alteri⁹ qñqz puenitur ad id qđ est pn̄ᵐ artis ꝛ scie.vt dictũ est. Posset aũt aliqs credere ꝙ solus sensus vel memoria singulariũ sufficiat ad causandum intelligibilẽ cognitionẽ pncipioꝝ.sicut posuerũt qdaz antiqui nõ discernẽtes inter sensuz ꝛ intellectũ:ꝛ ideo ad hoc excludendũ Phs subdit:ꝙ cum sensu opz psupponere talẽ nãm anime que posset pati hoc.i.sit susceptiua cognitionis vlis:qđ qdem fit per itellectũ possibilẽ.ꝛ iterũ ꝙ possit agere hoc per intellectũ agentẽ qui facit intelligibilia in actu p abstractionẽ vlium a singularibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qđ aũt dictũ est antea:sed nõ dilucide dictũ est:id rursus dicemus. Nam cum steterit vnũ

Q que nõ differunt:primuz vniuersale tum in anima nasciẽ. Etenim sentit illud quidẽ singulare. Sensus aũt est ipsius vniuersalis vt hominis: sed nõ callie hois. Rursus in his ipis stat quousqz ad ea stet que ptib⁹ vacãt:atqz ad ipsa vniuersalia:veluti tale aial donec stet aial:ꝛ in hoc mõ eodez. Necesse est igiẽ nobis vt ex hisce pater:ipsa prima inductione cognoscere. Sic eni ꝛ sensus efficit in nobis ipsum vniuersale.

¶ Qđ aũt dctũ est olim alibi:nõ aũt plane dctũ est:iterum dicamus. Stãte.n.vno indifferentiũ primũ qdẽ vle in aia est. ꝛ nãqz sentire qdẽ singulare

singulare est. sensus aũt vl'e est. vt hois: nõ cal- lie hois. Iterũ in his statur quousqꝫ vtiqꝫ ipar tibilia stent ⁊ vniuersalia. vt huius aialis quo- usqꝫ aial: ⁊ in hoc similiter manifestum est: qm̃ nobis prima inductione cognoscere necessariũ est: ⁊ nãqꝫ sic sensus vniuersale facit.

Manifestat qđ dictũ est in precedenti solutione quantuꝫ ad hoc ꝙ experimento singulariũ accipit̃ vl'e: ⁊ dicit ꝙ illđ quod supra dictum est ⁊ non plane: quomodo. s. experimẽto singularium fiat vniuersale in anima: iterum opꝫ dicere vt planius manifestetur. Si enim accipiantur multa singula- ria que sunt in differentia quantum ad aliquid vnum in eis existens: illud vnũ ꝯm qđ nõ differunt: in aia acceptum: est ꝓmum vl'e quicqđ sit illud: siue. s. pertineat ad essentiã sin- gularium: siue nõ: quia enim inuenimus sortem ⁊ platonem ⁊ multos alios esse indifferentes quantum ad albedinẽ: acci- pimus hoc vnũ. s. album. q. vl'e qđ est accidens. Et simil'r qa inuenimus sortem ⁊ platoneꝫ ⁊ alios esse indifferentes quã- tum ad rationabilitatẽ: hoc vnũ in quo nõ differunt. s. rõna- le: accipimus quasi vl'e qđ est dĩa. Qualr' autẽ hoc vnũ acci- pi possit manifestat ꝯñter. Manifestum est enim ꝙ singula- re sentit̃ ꝓprie ⁊ per se: sꝫ tñ sensus est quodãmodo ⁊ ipsius vniuersalis. Cognoscit enim calliam nõ solum inquantũ est callias: sed etiaꝫ inquantũ est hic homo: ⁊ simil'r sortẽ inꝙ̃tũ est hic homo. Et inde est ꝙ tali acceptione sensu preexisten- te aia intellectiua põt cõsiderare hoiem in vtroqꝫ. Si autẽ ita esset ꝙ sensus apprehenderet solũ id quod est particula- ritatis: ⁊ nullo mõ cũ hoc apprehenderet vl'e in particulari: nõ esset pol'e ꝙ ex apprehensione sensus causaret̃ in nobis cognitio vl'is. Et hoc idem manifestat cõsequenter in ꝓces- su qui est a speciebus ad genus. ⁊ subdit ꝙ iteruꝫ in his. s. in homine ⁊ equo aia stat per cõsiderationẽ: quousqꝫ ꝑueniat̃ ad aliqđ ipartibile in eis qđ est vl'e. Utputa consideramus tale ⁊ tale aial. puta hoiem ⁊ equum quousqꝫ perueniat ad cõe aial qđ est genus: ⁊ in hoc simil'r facimus quousqꝫ ꝑue- niamus ad aliquod genus superius. Quia igit̃ vl'ium cogni- tioneꝫ accipimus ex singularibus cõcludit manifestuꝫ esse qđ necesse est ꝓma vl'i ꝓncipia cognoscere per inductionẽ. Sic eniꝫ. s. per viaꝫ inductionis sensus facit vl'e intus in aia inquantũ cõsiderant̃ oia singularia. Deinde cum dicit.

Cũ aũt mentis habituũ qbus verũ perspici- mus quidam veri perpetuo sint: vt intell's atqꝫ scia: quidã interdũ falsuꝫ suscipiãt. vt opio: sub ducendeqꝫ rõnis principiũ: nullũqꝫ aliud gen⁹ exactius sit scia ꝙ̃ intellectus: atqꝫ principia no tiora sint demõstrationibus: scientiaqꝫ cũ rõne sit omnis: hec inquã cuꝫ ita sint: scia quidẽ prin cipioruꝫ nõ erit: sed cum fieri nequeat vt aliud quicꝙ̃ verius scientia sit ꝙ̃ intellectus ipse. In tellectus profecto principioꝝ habitus erit. Qđ ex eo quoqꝫ perspicuũ fuerit: qꝛ demonstratio nis principiũ nõ est demõstratio. Quare neqꝫ scientia. Si igitur preter sciaꝫ nullũ aliud gen⁹ verũ habemus ꝙ̃ intellectum: intellectus sane scie principiũ erit: atqꝫ principiũ qdeꝫ est ipsi⁹ principiĳ. Scia aũt ad rem oẽm sese hꝫ sil'r.

Qm̃ aũt eorũ qui circa intelligentiã habituuꝫ quibus verũ dicimus: alĳ quidem semper veri sunt: alĳ aũt recipiunt falsitatẽ: vt opio ⁊ ratio. veri aũt sunt semꝑ scia ⁊ intellectus: ⁊ nihil est scientia certius aliud genus ꝙ̃ intellectus: prin cipia demonstrationum sunt notiora: scientia autem omnis cum ratione est: principiorum quidem scientia non vtiqꝫ erit. Qm̃ autem ni- hil verius contingit esse scientie ꝙ̃ intellectus. Intellectus vtiqꝫ erit principiorum ex his con siderantibus. Et qđ quidem demonstrationis principiũ non sit demonstratio quare neqꝫ sciẽ tie scientia est. Si igitur nil aliud ꝯm scientiam genus habemus verum: intellectus vtiqꝫ erit scientie principium ⁊ principiũ principĳ. Hoc aũt omne simil'r se habet ad omne genus rerũ.

Soluit ꝓmas duas qõnes: verũ. s. ꝓmorum principioꝝ sit scia vel aliqs alius habitus. Circa qđ ex premissis accipitur ꝙ ꝓncipiorum cognitio pertinet ad intellectum cuius est co gnoscere vl'e. Nam vl'e dicit esse ꝓncipium scie. Circa intel- lectum aũt sunt duo genera habituũ habentiuꝫ se aliqual'r ad verum. Quidã enim sunt semꝑ veri: alĳ ꝟo interduꝫ re- cipiunt falsitatem: vt patet de opinione ⁊ rõcinatione que põt esse veri ⁊ falsi. Sunt etiam ⁊ quidaꝫ habitus erronei se habentes ad falsum. Quia ꝟo ꝓncipia sunt maxie vera: ma- nifestũ est ꝙ nõ pertinent ad habitus qui semper sunt falsi: neqꝫ etiã ad habitus qui interdũ recipiunt falsitateꝫ: sed so- luꝫ ad habitus qui semper sunt veri. Hui⁹ aũt sunt scia ⁊ in- tellectus. Addit̃ aũt in 6° ethicoꝝ tertiũ. s. sapientia. Sed qa sapientia. vt ibidẽ dĩ cõprehendit in se sciaꝫ ⁊ intellectũ. est enim quedaꝫ scientia ⁊ caput scientiaꝝ. hic eã pretermittit. Hac ergo ꝓmissa nullũ aliud genus cognitionis ꝙ̃ intel- lectus est certius scia. Manifestum est aũt ꝙ principia de- monstrationuꝫ sunt notiora conclusionibus demonstratis. vt in ꝓncipio habitum est. Non aũt põt esse scia ipsorũ ꝓn- cipiorum: qꝛ oĩs scia sit ex aliqua rõcinatione. s. demonstra- tiua: cuius sunt ꝓncipia illa de quibus loquimur. Quia igit̃ nihil põt esse verius ꝙ̃ scia ⁊ intellectus. nam sapientia in his intelligit̃: cõsequens est ex consideratione premissorum ꝙ ꝓncipiorum ꝓprie sit intellectus. Probat hoc etiam alia rõne: quia. s. demonstratio nõ est ex necessitate demõstratio nis ꝓncipium: alioquin ꝓcederet̃ in demonstrationibus in infinitum: qđ in ꝓmo improbatum est. Cum igitur demon- stratio sciam causet: sequitur ꝙ neqꝫ scientia possit esse prin- cipium scientie: ita. s. ꝙ principia scientiarum per scientiam cognoscantur. Si igitur nulluꝫ aliud genus cognitionis pre ter sciam habemus quod semper sit verum: relinquitur ꝙ intellectus erit principium scientie: quia scilicet per intelle- ctum cognoscuntur principia scientiarum. ita sciꝫ ꝙ intelle- ctus qui est ꝓncipiũ sciẽtie: est cognoscitiuus ꝓncipĳ ex quo ꝓcedit scia: hoc aũt sciꝫ sciẽtia: est omne. i. totũ qđ simil'r se habet ad oẽm rem: idest ad totam mãm de qua est scia: sicut sciꝫ intellectus ad principium scientie.

Expliciunt preclarissima commentaria diui Thome Aquinatis sacri ordi- nis predicatorum in libros posteriorum Ari- stotelis.

Vide in anno. — Vide in anno. — Lec. 4°. — Lec. 6°. — Lec. 28.

I

¶ Incipit opusculū insigne diui Thome aquinatis ordinis predicatorum ruiu quorundam nobilium ab ipso editum. Quod ad sophisticas argumentationes dissoluendas plurimum suffragatur. Capitulum. I.

Quia logica est rōnalis scia: ad rōcinandū inuenta: rōcinari aūt cōtingit recte et nō recte: vtrūqz ad logici cōsiderationē spectat. vt p rectā rōcinationē ad verā cognitionē perueniat. et falsam ratiocinationē vitādo: errorē falsitatis euitet. Uterqz aūt rōcinandi modus cōpetit vni hoī et ad seipsū et ad aliū. Nā et secū aliqs ɔsiderans. potest recte et nō recte ratiocinari: et cū alio ɔferens. Sz cū aliqs secū ɔsiderās rōcinat nō recte: preter intentionē hoc accidit: qr nemo sui ipsius deceptionē intēdit. Cū aūt ad alterum aliqs rōcinatur nō recte: cōtingit qńqz ex intentione

K

ratiocinantis. hoc est cum aliquis de altero intendit vel experimentū sumere: vel victoriā hic ad sui gl'iaz. Rōcinatio aūt que ad seipsū est: syll's solū dici pōt siue aliq̄ alia spēs argumentationis. Sed rōcinatio q̄ est ad alterū nō solū dī syll's et argumētatio: sz ēt disputatio. vertit eni3 iter duos hoc est inter opponentē et r̄ndētē. Et ideo de falsis rōcinātibus tractaturi p̄ a disputatione inchoandū est. Caplm. II.

Est autem disputatio actus syllogisticus vnius ad alterū ad ppositū ostendēdū. In hoc q dī act'. tangit disputationis gen'. Per hoc q dī syllogistic': tāgit disputationis instr̄m. s. syll's sub quo cōprehenduntur alie spēs argumētationis: sicut iperfectū sub pfecto. Et p h̄ distinguit disputatio ab actib' corpalib': vt comedere: bibere: et ab actib' volūtatis: vt amare et odire: nā p h' q dī syllogisticus. ostēdit act' rōnis. Per hoc aūt q dī vni' ad alterū. tangunt psone opponētis et r̄ndētis iter quos vertit dispu-

L

tatio ad drias rōcinationis qua hō secū rōcinat. Per hoc q dī ad ppositū ostendēdū. tangunt disputationis effect' siue terminus aut finis pximus. Et p hoc distinguit disputatio a syll'is exēplarib' q nō inducunt ad ppositū ostendendū: sed ad formā exemplificandā. Caplm. III.

Disputationis aūo quatuor sūt spēs. s. doctrinalis: dialectica: tētatiua: et sophistica: que alio modo dī litigiosa. ¶ Doctrinalis siue demrātiua est q̄ ad sciā ordinat pcedēs ex veris et p se notis et ppriis scie de q̄ fit disputatio. Et hec vertit inter docētē et addiscētem. ¶ Dialectica aūo disputatio est ex pbabilib' pcedēs: et ad opionē tēdēs: Probabilia aūt dnr q̄ vnr oib' vel pluribus vel sapiētib' aut pcipuis: vel magis notis. ¶ Tētatiua aūo disputatio est q̄ ordinat ad expimētū sumēdū de aliq̄ p ea q̄ vnr r̄ndēti. ¶ Sophistica aūo disputatio est tēdēs ad gl'iaz: vt sapiēs eē videat. vñ dī sophistica. i. appēns sapia. Proce-

M

dit eni ex his q̄ vnr v'a et pbabilia: et nō sunt: vel simplr falsas ppōnes assumēdo q̄ vnr eē v'e et nō sūt: vel in v'tute falsarū ppōnū argumētādo. Logicales. n. argumētationes. sūt in v'tute verarū ppōnū. s. maxie ex qb' tota v'i argumētationis pēdet: sic ista argumētatio: sor. est hō. g̃ sortes est aial. pcedit in v'tute hui' ppōnis de q̄cūqz pdicat spēs et gen': q̄ est simplr v'a. Sophistica aūt sic argumētat. est aial. g̃ ē hō: q̄ fit in v'tute hui' ppōnis de quocūqz pdicat genus et spēs: q̄ est simplr falsa. Relictis aūt alijs disputationib' ad p̄sens: de his que ad sophisticā ptinēt itendamus. Caplm. IIII.

Quia aūo sophista (vt dctū est) ad gloriaz tendit: volēs sapiēs videri. h' aūt cōsequi studet p hoc q de aduersario cum quo disputat victoriā habeat apparētē: qd tūc maxie fit si ipsū ad aliqd incōueniens ducat: ideo terminus disputationis sophistice est aliqd incōueniens ad qd sophista nitit ducere r̄ndentē. Et hoc dicit meta vel finis siue terminus. Unde de duobus opz tractare. Primo de h' metis. Scdo de modis argumentandi qbus sophiste ad metas r̄ndentes ducere nitunt. Caplm. V.

N

Sunt aūt mete quinqz. s. redargutio: falsum: inopinabile: solecism': et nugatio. ¶ Redargutio est prenegati concessio vel precōcessi negatio in eadē disputatione vi argumentationis. Ut si respondēs negauerit se carnes crudas comedisse. sophista cōtra sic argumentatur. Quicqd emisti comedisti: carnes crudas emisti. ergo carnes crudas comedisti. Si vi huius argumentationis respondens cōcedat qd prius negauerat: est redargutus. Et talis modus argumentationis dī elenchus si bonus sit syll's: vel apparens elenchus:

O

si videatur et non sit aut syll's aut contradictio. Est eni3 elenchus syll's contradictionis. Si autem non in eadem disputatione: vel non vi argumenti: sed ppria voluntate aliquis negat concessum: vel concedat negatum: non erit redargutio. ¶ Falsum autē vt hic sumitur est aliquod manifeste falsū qd r̄ndens ɔcedere cogitur vi sophistice argumentationis: sicut ois canis est latrabilis: celeste sidus est canis: g̃ celeste sidus est latrabile. ¶ Inopinabile est qd est ɔ cōem opionē. Differt aūt a falso: qr aliqd est ɔ cōem opionē pluriū: qd tñ nō est falsum: vt stellā esse maiorē terra: et aliquē regē diuitē et felicē: esse miserū et infortunatū si sit peccator. Ad qd pōt aliqs sophistice sic duci. Quēcūqz cōtingit aliquem hostem vincere est infelix: qr ille q vincit est infelix: sed regem ɔtingit aliquē hostem vincere: qr pōt esse q regē aliqs hostis vincat. ergo rex est infelix. ¶ Solecismus est vitium in cōtextu partiū oronis ɔtra regulas artis grāmatice factum. vt vir alba. et hoies currit. Ad hoc pōt aliqs sophistice sic deduci. Tu scis hoc. hoc est lapis. g̃ tu scis lapis. qd grāmatice nō

P

dicit. ¶ Nugatio est eiusdem et ex eadem pte inutilis repetitio. vt hic. hō hō currit. Dico eiusdē: qr si esset diuersorum. non esset nugatio. Dico aūt ex eadē parte: qr si idē ponit in subiecto et predicato: nō erit nugatio. vt hō est hō. Inutilis aūt repetitio dī: qr si idem repetatur ad maiorē expressionē nō erit nugatio. vt cū dī. deus deus meus respice in me. Ad hoc potest aliquis sophistice sic duci. Iste nasus est nasus simus: sed simus idem est q nasus simus. ergo iste nasus est nasus nasus simus. Caplm. VI.

Nam superius ponit̄ in diffōne inferioris: sed non tñ oino est eadem diffō superioris ⁊ inferioris: vt aialis ⁊ hois. cum diffō inferioris addat supra diffōnē superioris. Et simile est de ꝓprio ⁊ de specie. nam spēs ponit̄ in diffōne proprij. nō tñ species ⁊ ꝓpriū oino sunt idē in diffōne. Et in his quodā modo est per se ⁊ quodā modo p accidens: inq̄tū ptim fm diffōnē ꝯueniūt ⁊ ptim differunt. Jn his aūt q̄ p̄ mō se hñt necesse est vt qcqd est verū de vno sit verum de alio: eo q̄ talia sunt penit⁹ eadē fm rōnē ⁊ dr̄nt fm nomen solū. vñ in his nō cōtingit esse fallaciā accidētis. Sȝ in oib⁹ alijs nō est necessariū q̄ qcqd est verū de vno sit verū de alio. Et ideo si ex h̄ q̄ aliqd est veꝝ de vno ꝯcludat̄ eē veꝝ de altero: est fallacia accñtis. Cōtingit aūt aliqñ vt qd̄ est veꝝ de vno sit verū de alio. qñ. s. aliqd attribuit̄ vni fm q̄ est idē alij. tunc enim ei ⁊ alteri inerit. Si v̄o attribuit̄ vni fm q̄ est ab altero diuersuȝ: nō inerit alteri. sicut si albū attribuat̄ aiali inq̄tū est idē hoi. tūc opȝ q̄ ꝯueniat hoi. Si aūt vt est diuersū

M

ab hoie: nō ꝯuenit hoi. Et si ꝯcludat̄ iesse hoi: est ibi fallacia accidētis. Sicut si dicat̄ aial est q̄drupes. hō est aial. ḡ hō ē q̄drupes. Nō sequit̄: qr q̄drupes non p̄dicat̄ de aiali fm q̄ aial est idē hoi: sȝ fm q̄ est ab hoie diuersuȝ. Unū pȝ q̄ in p̄dicto argumēto mediū diuersimode accipit̄. Naȝ p̄mo accipiebat̄ fm q̄ est diuersuȝ ab hoie. scdo fm q̄ est idem hoi. Et iō qñ est fallacia accidētis sp est diuersa acceptio medij. Di aūt diuersa acceptio medij qñ mediū fm q̄ ꝯuenit cum vna extremitatū est diuersum ab alia. Caplm. XIX.

Fallacia v̄o accñtis est deceptio ꝓueniēs ex eo q̄ aliqd assignat̄ silr̄ inesse rei subiecte ⁊ accñti ei⁹. vel silr̄ inesse vtriqȝ eorū q̄ sunt aliqualr̄ p accñs vnū. Ex quo pȝ q̄ in fallacia accidētis semꝑ inueniunt̄ tres termini sicut in syllogismo quoꝝ duo per accidens ꝯiunguntur. qui quidem se hñt sicut mediū ⁊ minor extremitas. Tertiū v̄o qd̄ assignatur silr̄ vtriqȝ eoruȝ inesse est maior extremitas. Causa apparentie in hac fallacia est vnitas quedam ⁊ identitas eorū que per accidens aliquo mō coniunguntur. Causa v̄o nō existentie est diuersitas eorundem. Nam sicut dicit Phūs in p̄mo elenchoꝝ. fallacia accidentis fit ex eo q̄ aliqs nō potest diiudicare ideȝ ⁊ diuersum: vnū ⁊ multa. ¶ Sūt

N

aūt tres modi huius fallacie. Primus modus ꝓuenit ex eo qd̄ proceditur ab accidente ad subiectū: vel econuerso. Sicut hic. Cognosco Coriscum: coriscus est veniēs. ergo cognosco venientem. Non sequit̄: qr coriscus ⁊ veniens sunt vnuȝ per accidens: ⁊ non per se. Unde non sequit̄ q̄ quicqd est verum de vno sit verum de alio. hic eniȝ fallit quādo aliqd est verum de vno fm q̄ est diuersum ab altero. Sicut hic. Coriscus enim non subiacet cognitioni fm q̄ est idem venienti. vñ pȝ q̄ est diuersificatio medij. ⁊ sic est fallacia accidētis. Similr̄ hic. Jste canis est pater: ⁊ est tuus. ergo est pater tuus. Canis enim ⁊ pater sunt vnum per accidens. vnde non sequit̄ q̄ qcqd est verū de vno sit verū de alio. Fm eniȝ

O

q̄ canis est pater. non cōuenit ei esse tuuȝ. ¶ Scdo modus prouenit quando id qd̄ cōuenit superiori concluditur de inferiori: vel econuerso: sicut hic. Homo est aial: animal est genus. ergo homo est genus. Non sequitur. Superius enim ⁊ inferius aliquo modo sunt vnum per accidēs. lȝ alio modo sint vnum per se. vt ex dictis patet. Unde qd̄ verificatur de vno eorum fm qd̄ est idem alteri: necesse est ⁊ de altero verificari. Et fm hoc sumuntur argumenta dialectica a genere ⁊ a specie: siue ab inferiori ⁊ superiori. Quod aūt verificatur de vno eorum fm q̄ differt ab altero: nō oportet de altero verificari. tunc enim est variatio medij ⁊ fallacia accidētis. sicut est in ꝓposito. Nam esse genus non predicatur de

P

animali fm q̄ est ideȝ homini: sed fm q̄ ab eo differt. sicut superius ab inferiori. Similr̄ est hic. Triangulus est figura: sed ꝓprietas trianguli est habere tres angulos. ergo est proprietas figure. Non sequitur: quia triangulus ⁊ figura non sunt omnibus modis ideȝ. vnde non sequitur: quod de vno verificat̄ ⁊ de altero verificari. Similiter est etiā hic. Sortes est alius ab homine: ipse est hō. ergo est ali⁹ a se. ¶ Tertius modus ꝓuenit quando ꝓcedit̄ a specie ad ꝓpriū: vel econuerso sicut hic. Homo est risibilis: risibile est ꝓprium. ergo homo est ꝓprium. Uel sic. homo est species: sed homo est risibilis. ergo risibile est species. Non sequitur. quia risibile ⁊ homo nō sunt oino idem fm diffōnem. ideo se habet vnum ad alterum aliquo mō per accidens: vt est extraneū. ⁊ propter hoc non est necesse q̄ quicquid verificat̄ de vno verificetur de alio. Caplm. XX.

Q

Et est sciendū q̄ nō est incōueniēs si aliquibus predictoꝝ paralogismoꝝ sint assignate due fallacie. s. figure dictionis ⁊ accidentis: qr fm q̄ prouenit deceptio ex silr̄itudine dictionis: est fallacia figure dictionis. Fm autē q̄ ꝓuenit ex ꝯueniētia rerū: est fallacia accñtis. hō. n. ⁊ sortes ⁊ q̄ntū ad rē ꝯueniūt: ⁊ q̄ntū ad nomē silr̄itudinē hñt. ¶ Sciēdū est et̄ q̄ sicut fit paralogism⁹ accñtis ex ꝓpōnib⁹ categoricis: ita fit ex ꝓpōnib⁹ hypotheticis: ex eo q̄ medium diuersimode accipit̄ put. s. cōparatū est ad vnā extremitateȝ est diuersum ab alia sicut hic. Si nullum tempus est: dies non est. per locū a toto in q̄ntitate: ⁊ si dies non est. ergo nox est. per locū ab oppositis: sed si nox est: aliqd̄ tempus est. ergo si nullū tp̄s est: aliqd̄ tp̄s est. Pȝ. n. q̄ illud medium qd̄ est diē non esse est diuersum ab eo qd̄ est noctem esse. Ex hoc eniȝ qd̄ est diē nō esse: sequit̄ noctem esse: supposito tēpore: sicut ex hoc qd̄ est videntem nō esse sequit̄ cecum esse: supposito animali qd̄ est natum videre. Caplm. XXI.

A Fallacia fm qd ꝛ simplr.

SEquitur de fallacia fm qd ꝛ simpliciter. Simplr aũt dr ꝙ nullo addito dr: vt sortes est alb⁹: vel sortes currit. Scdm qd autẽ dr qd aliquo addito dr: vt iste currit bn̄: vel sortes est alb⁹ dentẽ. Hoc aũt qd addit̄ duplr se hz ad id cui addit̄. Nã qñqz nõ diminuit de rõne ei⁹ cui addit̄: ꝛ tũc põt ꝓcedi ab eo qd est fm qd: ad id qd est simplr. Ut cũ dr. Iste currit velociter. ergo currit. Uelocitas eniz nihil diminuit de rõne cursus. ꝛ est in ꝓdicto argumẽto loc⁹ a ꝑte in mõ. Qñqz vo additũ diminuit aliqd de rõne eius cui addit̄. vt cum dr. Ethiops est albus dentem. Nam hec determinatio dentẽ diminuit aliqd de rõne eius qd dicitur albũ. Non enim põt dici albus nisi q vel totus albus est: vel fm plures ꝛ ꝑncipaliores ꝑtes. Et ideo si cõcludat̄ est alb⁹ dentem. ergo est alb⁹. est loc⁹ sophisticus siue fallacia fm quid ꝛ simplr. Fallacia ergo fm qd ꝛ simplr est deceptio proueniens ex eo ꝙ dictũ fm qd sumit̄ ac si esset simplr dictum. Causa apparentie in hac fallacia est cõueniẽtia eius qd est fm qd. ad id qd dictum est simpliciter. Causa vo non existentie est diuersitas eorundem.

B

Caplm. XXII.

SUnt aũt qnqz modi hui⁹ fallacie. Primus modus est qñ determinatio addita hz oppositionez ad id cui addit̄: vt in hoc argumẽto. Cesar est hõ mortuus. ergo est hõ. Nõ sequit̄: qz esse mortuũ hz oppõnẽ ad hoiem eo ꝙ viuum est de rõne hois cũ hõ sit aial: ꝛ aial sit sba aiata sensibilis: ꝛ sic pz ꝙ hec determinatio mortuus tollit hoie rationem. Silr hic. Iste est bonus latro. ergo est bonus. Nam bonuz per se simplr sumptũ oppositionẽ hz ad latronẽ. Similr est hic Mendax vez dicit dicendo se dicere falsuz. ergo dicit veruz. Nõ sequit̄: qz dicere vez opponit̄ ei qd est dicere falsum ꝛ econuerso. ¶ Scdꝰ modus ꝓuenit ex eo qd determinatio addita ꝑtinet ad aie actũ. nã aliqui actus aie pñt esse ꝛ circa existentia ꝛ circa nõ existẽtia. Sicut hic. Chimera est aial opinabile. ergo chimera est aial. Nõ sequit̄. Nam opinabile additũ alali diminuit de eius rõne. Simile est hoc. Cesar est in memoria hoium. ergo cesar est. Et itez. Tu habes felicitatẽ in voluntate tua. ergo habes felicitatẽ. ¶ Tertius modus prouenit ex eo ꝙ aliqua determinatio addita significat esse in potentia: sicut hic. Ouum potẽtialitate est aial. ergo est aial. Non sequitur. Nã esse in potentia diminuit de rõne ei⁹ qd est esse simplr.

C

¶ Quartus modus est qñ determinatio addita significat partẽ. sicut hic. Ethiops est albus dentez. ergo est albus. Nõ sequit̄: quia eẽ in parte diminuit de rõne ei⁹ qd est esse simplr. ¶ Sciendũ tñ est ꝙ si a parte consueuit vel natũ sit denominari totũ: non accidet fallacia in hoc processu. vt si dicat̄. Iste est crispus fz capillos. ergo est crispus bñ sequit̄. Nã hõ non denoiat̄ crispus nisi fm capillos. Et hic modus se extẽdit ad alias partes. s. loci vel temporis ꝛ aliorũ totoz: sicut hic. Ista dieta est bona in locis egrotatiuis. ergo est bona. Non sequit̄: quia qd dr in locis egrotatiuis signat partem in loco ꝛ nõ totum. Similr hic. Bibere vinum est malũ egrotanti. ergo est malũ bibere vinum. Et eadem rõ est in oibus similibus.

D

¶ Quintus modus est qñ determinatio addita cogit terminũ cui additur stare mãliter. sicut hic Sapiens vult admittere malũ. ergo vult malũ. Nã admittere malum nõ dicit malũ simplr: sed fm qd. Simplr hic. Fur vult sumere bonũ. qz pecuniã. ergo vult bonũ. ꝛ eadez rõ est in silibus aliis. Sic ergo pz ex dictis ꝙ hec fallacia ꝓuenit fz rõnẽ ꝑfecti vel iperfecti. Nã determinatio diminuit ex eo ꝙ significat aliqd iperfecte.

Caplm. XXIII.

Fallacia fm ignorantiam elenchi.

SEquitur de fallacia fm ignorãtiã elenchi. Est aũt elenchus sylls ↄdictiõis: q qñqz est vn⁹ sylls: qñqz duo. Unus qdez est qñ ↄcludit ↄdictoriaz alicui⁹ ꝓpõnis ꝑus date. sicut si det̄ aliqd aial esse icorruptibile ꝛ ꝓcedat̄ sic. Oẽ cõpositũ ex cõtrariis est corruptibile: oẽ aial est hm̃: ergo est corruptibile. Hec enim cõclusio cõtraria est prioris ꝓpositionis date. Duo enim syllogismi cõstituunt vnum elenchum qñ ex duobus syllis contradictoria ↄcludunt̄. Sicut si in syllo predicto cõtraponat̄ alius talis sylls. Nullum beatum est corruptibile: aliqd aial est beatum. s. rõnale. ergo aliquod aial nõ est corruptibile. Quia igit̄ de rõne elenchi est syllogism⁹ simul ꝛ ↄtradictio: quicqd est cõtra diffõnẽ syllogismi ꝛ ↄtradictionis est cõtra diffõnem elenchi: ꝛ ideo cuz in qualibet fallacia defectus accidat per hoc ꝙ aliqd omittit̄ de diffõne sylli ꝛ cõtradictionis: ideo ois fallacia reducit̄ ad ignorãtiam elenchi sicut ad generalẽ.

B

Quia vo in diffõne elenchi ponit̄ ↄtradictio quasi dña que ↄstituit spẽm. ideo spãliter omissio eorum que ad ↄdictionẽ requirunt̄ ignorantiaz elenchi ↄstituũt fm ꝙ est fallacia spãlis. Sed qz fallacia esse nõ põt si apparentia desit: opz ad hoc ꝙ sit fallacia vt sit apparens ↄtradictio. ꝛ cum hoc aliquid ad veritatem ↄdictionis desit. Apparens aũt cõtradictio esse nõ potest nisi sit vnius ꝛ eiusdem. Unde hoc obseruato ex defectu aliorũ que ad cõtradictionẽ requirunt̄ hec cõtingit fallacia. Est enim cõtradictio oppositio vnius ꝛ eiusdẽ nõ rei tm̃: nec noie tm̃: sed rei ꝛ noie. fm idem ꝛ ad idẽ. ꝛ respectu eiusdẽ. silr ꝛ in eodez tẽpore.

F

Fallacia ergo fm ignorantiam elenchi est deceptio proueniens ex eo ꝙ nõ obseruant̄ ea que sunt necessaria ad diffõnẽ elenchi/ꝛ precipue ex ꝑte ↄdictionis. Unde ꝛ dr ignorãtiaz elenchi: qz deceptio non accidit nisi ꝑ hoc ꝙ ignorat̄ diffõ ↄdictionis. Cã vo apparẽtie in hac fallacia est silitudo diffinitionis deficientis ad ↄdictionẽ ꝑfectam. Cã vo nõ existẽtie est diuersitas eorundem.

Caplm. XXIIII.

MOdi huius fallacie sunt qtuor. Primus peccat ↄtra hãc ꝑticulã ad idẽ. vt hic. Duo sunt duplũ ad vnũ. nõ sũt aũt duplum ad tria. ergo duo sunt duplũ ꝛ nõ duplũ. Nõ sequit̄: qz omissio hui⁹ qd est esse ad idẽ facit ꝙ nõ est cõtradictio.

G

¶ Scdꝰ modus peccat cõtra hãc ꝑticulã fm idẽ. sicut hic. Hoc est duplũ ad illud fm longitudinẽ. ꝛ nõ est duplũ ad idez fm latitudinẽ. ergo est duplũ ꝛ nõ duplũ. Non seqt̄: qz omittit̄ hec ꝑticula fm idem qd requirit̄ ad ↄtradictionez. ¶ Tertius peccat ↄ hãc ꝑticulã silr: sicut hic. Celũ mouetur circulariter ꝛ nõ mouet̄ sursuz ꝛ deorsuz. ergo mouet̄ ꝛ nõ mouetur. Non seqt̄: qz omissio hui⁹ ꝑticule silr tollit ↄdictionẽ. ¶ Quartus modus est ↄtra hanc particulaz. ꝛ in eodem tẽpore: sicut hic. Domus ista est clausa isto tpe ꝛ nõ alio. ergo est clausa ꝛ nõ clausa. Nõ sequitur: quia diuersitas tẽporis ipedit ↄdictionẽ. ¶ Et sciendũ est ꝙ hec fallacia cõis est cum fallacia fm qd ꝛ simplr in hoc ꝙ in vtraqz ꝓcedit̄ ab eo qd dr cũ determinatione ad id qd dr simplr. Sz hec est dña: qz in fallacia fz quid ꝛ simplr determinatio diminuit de rõne eius: quod est simplr. quod non de necessitate accidit in hac fallacia. sed he determinationes addite diminuunt de rõne contradictionis. Bene enim sequitur. hoc est duplum ad illud fm longitudinem. ergo est duplum ad illud. Non tamẽ sequit̄ ꝙ sit contradictio si ad diuersa referatur.

H

Patet etiã ex dictis ꝙ hec fallacia ꝓuenit fm generalem entium contradictionem. nam contradictio est omnis oppositionis ꝑncipium.

Caplm. XXV

Fallacia petitionis principii.

SEquitur de fallacia petitionis ꝑncipii. Principiũ aũt hic dr ꝑncipale ꝓpositũ. Tũc igit̄ aliqs petit ꝑn̄ cuz petit sibi ↄcedi ꝑncipale ꝓpositũ: qd dz ꝓbare. Qd qdez si sub eodẽ noie petat nulla fit fallacia: sz petens videbit̄ deridẽdus: sicut si velit ꝓbare ꝙ hõ currit. ꝛ petit eãdẽ sibi ↄcedi. Si vo petat ꝙ vult ꝓbare sub alio noie vl̄ vocabulo poterit eẽ falla. ꝛ tũc ꝓꝑe petit illud qd est in ꝑn⁹. s.

I

illud qd in se ɔtinet pncipale ppositū. Fallacia ḡ petitionis pncipij est deceptio pueniēs ex eo ꝙ idē assumit ad pbationem suipsius sub alio vocabulo. Causa ergo apparentie in hac fallacia est diuersitas cōclusionis a premissis. cā vero nō existentie est idētitas eorūdē. ¶ Sunt aūt qnqȝ modi hui⁹ fallacie. ¶ Primus modus est qn diffinitū petitur ad pbationē diffōnis vel ecōuerso. vt si debeat pbari ꝙ hō currit. ⁊ arguat sic. Aial rōnale ⁊ mortale currit. ergo homo currit. hic nulla est pbatio: quia similr dubitat de premissis ⁊ de cōclusione. ¶ Scd̄s modus est qn vle petit ad pbationē pticularis. vt si debeat pbari ꝙ oium ɔ̃rioꝝ est eadē disciplina. ⁊ assumatur ista. Oiuȝ oppositoꝝ est eadē disciplina. ergo ⁊ oium ɔ̃rioꝝ. Hic. n. premissa nō est magis nota ꝙ̄ cōclusio. ¶ Tertius est qn petunt particularia ad pbationē vlis. vt si debeat pbari ꝙ oium oppositoꝝ est eadē disciplina. ⁊ assumantur iste. Oium ɔ̃rioꝝ oiuȝ pūatiue oppositoꝝ est eadem disciplina: ⁊ sic alijs. ergo ⁊ oium oppositoꝝ. Hic

K

etiaȝ ɔclusio in premissis petit. ¶ Quartus est qn diuisim petit qd dȝ pbari cōiunctim. vt si debeat pbari ꝙ medicina est scia sani ⁊ egri. ⁊ sumatur ista. Medicina est scia sani ⁊ medicina est scia egri. ergo est scia sani ⁊ egri. hic etiā petit qd debet pbari sub alijs verbis. ¶ Quintus est qn petitur vnum correlatiuoꝝ ad pbationeȝ alterius: vt si debeat probari ꝙ sortes sit pater platonis: ⁊ sumat sic. Plato est filius sortis. ergo sor. est pater platonis. hic petit qd dȝ pbari sub alijs verbis. ¶ Et est sciēdū ꝙ hec fallacia nō peccat ɔtra vim illatiuaȝ argumēti. bn̄. n. sequit ɔclo datis premissis cū seruet debita habitudo inferentis ad illatū: sed peccat ɔtra pbationē argumenti. Nam pbatio dȝ esse per magis manifesta. qd hic nō obseruat. Unde hic non accidit deceptio ex eo ꝙ ɔclusio infert ex premissis. cum illatiōes predicte sint fm locos dialecticos: sed accidit deceptio ex eo ꝙ petit ideȝ

L

cōcedi ac si esset diuersum. Unde si in premissis modis arguendi sumant premisse ex eo ꝙ sunt magis note ⁊ nō quasi petite. nō erit argumentū sophisticū sed dialecticum. Patet etiā ex dictis ꝙ hec fallacia puenit fm idē ⁊ diuersum. put nō discernitur inter ea.

Caplm. XXVI.

Fallacia ɔsequētis.

Sequitur de fallacia ɔñtis. Consequens aūt hic dī qd ad añs sequit in ppositione ɔditionali. vt cum dī. Si sor. est hō. sor. est aial. sortē eē aial est ɔñs sor. esse hoieȝ est añs. Est ḡ fallacia ɔñtis deceptio proueniēs ex eo ꝙ ɔñs extimatur oino esse idē añti. Ex hoc. n. ɔtingit aliquē credere ꝙ sicut cōsequēs sequit ad antecedens. ita econuerso antecedens ad cōsequens sequit. Unde pȝ ꝙ fallacia ɔsequentis in duabus cōsistit ɔsequētijs. quaꝝ vna est vera altera falsa. Sicut si dicat. si quis currit mouet. sed sor. mouetur. ḡ sor. currit. Hec eniȝ ɔñtia q̄ pmo ponit est vera: sed ista ad quā pcedit est falsa. s. mouet. ḡ currit. Ubi vero ponitur tm̄ vna ɔñtia nō est fallacia ɔñtis. Un̄ si sic dicatur. sor. est aial. ergo est homo: nō est fallacia ɔñtis ex modo arguē-

M

di: sed magis fallacia accñtis. Nam sicut fallacia ɔñtis puenit ex eo qd ɔñs existimatur oino esse idē antecedēti. ita fallacia accñtis puenit ex eo qd predicatū existimat oino eē idē subo. Un̄ ⁊ hec fallacia denoiat a ɔsequēdo. illa vero ab accidendo. qd est inherere. ⁊ inde est ꝙ qn pcedit arguēdo solū ab aliqua categorica per quā sequit aliqd inesse: est fallacia accidentis. Qn̄ vero ab aliqua ɔditionali est fallacia cōsequētis. Et ideo phs dicit ꝙ fallacia accñtis est i vno. ⁊ fallacia ɔñtis est in plurib⁹. s. ɔsequētijs. ¶ Ex h̄ etiā pȝ ꝙ ɔñs est aliquo mō ps accñtis. Nā oē qd sequit aliquo mō accidit. nō oē qd accidit sequit. Nō. n. sequit. si est hō: est alb⁹: lȝ hec sit vera hō est alb⁹. Et iō vbicūqȝ est fallacia ɔñtis pōt aliter ordinatis terminis fieri fallacia accidētis: sed nō conuertit. Causa vero apparentie huius fallacie est cōuenientia ɔsequentis cum antecedente. Causa vero non existentie est diuersitas eorundem.

N

Caplm. XXVII.

Sunt aūt duo modi huius fallacie. Primus puenit ex ɔsecutiōe magis cōis ad minus cōe: siue magis cōe sit genus: siue accñs. vt pȝ in his palogismis. Si aliqd est asin⁹ est aial: sȝ tu es aial. ḡ tu es asin⁹. Nō seqt. Nō. n. ɔñtia pmo posita ɔuertit. Silr est hic. si aliqd est mel est rubeuȝ: fel est rubeū. ḡ fel est mel. Et iteruȝ sic est hic. Si aliqs est fur errat de nocte: sȝ tu erras de nocte. ḡ tu es fur. In his oibus putat ɔñtis ɔuerti q̄ nō ɔuertit. Un̄ est falla ɔñtis. Si aūt sumant ppōnes categorice in eisdeȝ terminis est falla accñtis: sicut hic. Asinus est aial: tu es aial. ḡ tu es asinus. Et iterum. Mel est rubeū. fel est rubeuȝ. ḡ fel est mel. ¶ Scd̄s modus pcedit a ɔñtis vnius oppositi ad similē ɔsequētiaȝ in alio opposito. vt si dicat sic. Si aliqd est generatū habet pn̄m: sed aia nō est gn̄ata: qr ex nihilo creata. ḡ nō hȝ pn̄m: sȝ

O

semper fuit. Non sequitur. Est eniȝ in oppositis duplex cōsequētia. Una in ipso: ⁊ altera in ɔ̃rio. In ipso qdē est ɔñtia

Duplex ɔñtia i oppositis.

qn sicut ad añs sequit ɔñs: ita ad oppositū añtis sequit oppositū ɔñtis: vt si est iustū: est bonū. ḡ si est iniustū: est malū. Consequētia in ɔ̃rio est: qn sicut ad antecedens sequit ɔñs: ita ad oppositum ɔñtis sequit oppositū añtis. vt si est hō: est aial. ḡ si nō est aial nō est hō. In oppositis aūt fm affirmationē ⁊ negōnē nō est ɔ̃ria in ipso: sȝ in ɔ̃rio: ⁊ iō qn pcedit in hōȝ oppositis ac si esset ɔñtia in ipso est falla ɔñtis sic in predicto exemplo pȝ. In his aūt terminis est falla accñtis categoricis ppōnibus sumptis. vt si dicat omne gn̄atuȝ est corruptibile vel hȝ pn̄m. aia nō est gn̄ata. ḡ non hȝ pn̄m. ¶ Est aūt sciendū ꝙ sicut pmus modus peccat ɔ̃ ɔñtiā pcedēdo a positione ɔñtis. ita scd̄s a destructione ɔñtis. Est

P

aūt cōtrario mō pcedendū. s. a destructione ɔñtis. ⁊ a positione antecedentis. Patet etiā ꝙ hec fallacia puenit fm rōnē prioris ⁊ posterioris.

Caplm. XXVIII.

Fallacia fm nō cām vt cām.

Sequitur de falla fm nō cām vt cām. Cā aūt hic dī ꝙ est in inferēdo cā: fm ꝙ pmisse sunt cā ɔ̃nis. Est ḡ falla fm nō cāȝ vt cām: qn inter pmissas ex qb⁹ seqt ɔclo. ponit aliq̄ ppositio q̄ nihil ad ɔ̃nē opat. ⁊ sic nō ē cā. tn̄ ad h̄ ꝙ fiat falla. opȝ ꝙ videat esse cā: qd fit p h̄ ꝙ cōuenit cū alijs ppōnib⁹ q̄ sūt cāe interēptionis. Ex hoc autē ꝙ ppō q̄ nō est cā sumit vt cā: nō puenit aliq̄ deceptio: nisi qn ex ɔ̃ne redit ad pmissas: qd qdē fit in syllis ad ipoe: in qb⁹ p hoc ꝙ ɔclo est ipolis ostēdit aliq̄ pmissaruȝ possibilis fuisse: ⁊ iō hec falla nō hȝ fieri nisi in hōȝ syllis. In syllis enim ostensiuis in qb⁹ directe aliqd cōcludit: ad nulluȝ inconueniens pōt reduci vidēns. si sumat aliqua ppō que nō est cā ɔclonis: ac si esset cā. ¶ Est ergo cā apparētie in hac fallacia ɔueniētia ppōnis que nō est cā cum illis que sunt cause. Cā vero nō existētie est defectus habitudinis debite inter

Q

ppositioneȝ inferentē ⁊ illatā. Formāt aūt fm hāc fallaciā paralogismus hoc mō. Putas ne vita ⁊ aia sunt idem: quo dato pcedat sic. Aia ⁊ vita sunt idē: mors ⁊ vita sunt ɔ̃ria. generatio ⁊ corruptio sunt ɔ̃ria. sed mors est corruptio. ergo vita est gn̄atio. ḡ viuere est gn̄ari. Qd est ipoe. Nam q viuit nō gn̄atur. sed iam gn̄atus est. Ergo pn̄ fuit ipoe. s. ꝙ aia ⁊ vita sunt idē. que accipiebat in premissis. Nō sequitur: quia ista ppositio. aia ⁊ vita sunt idē. nō fuit cā ɔclonis ipossibilis. Qd ex hoc pȝ: qr ea remota adhuc sequit ɔclusio. Unde p hoc ꝙ ɔclo est ipolis: nō pōt ostēdi ꝙ pdicta ppō sit impossibilis. Sed magis ꝙ ista sit ipossibilis ex qua sequitur que est ista: mors ⁊ vita sunt ɔ̃ria. Et huius. n. falsitate sequit falsitas in ɔclusione. Mors. n. ⁊ vita nō sunt ɔ̃ria sed opponunt vt pūatio ⁊ habitus. Patet etiā ꝙ hec fallacia peccat cōtra rationem cause ⁊ causati.

Caplm. XXIX.

A

Sequitur de fallacia fm plures interrogationes vt vnā. Est aūt idem fm substantiā enuntiatio: interrogatio: ꝓpositio: ⁊ cōclusio: sed dr̄ enūtiatio fm ꝙ significat aliqd simplr̄ esse vel nō esse. Interrogatio fm ꝙ sub dubitatione ꝓponit̄. Propositio fm ꝙ sumitur ad alterius ꝓbationem. Conclusio ꝟo fm ꝙ ex premissis probatur. Et ideo sicut enuntiatio est vna vel plures. ita interrogatio: ꝓpositio: ⁊ cōclusio. Est autem vna interrogatio in qua dicit̄ vnū de vno: vt homo est aīal. vel hō est albus. Enuntiatio ꝟo plures quādo dicunt̄ plura de vno: ex quibus fit vnum per accidens: vt sortes est albus: ⁊ musicus: vel vnuʒ de pluribus. vt Sortes ⁊ Plato sunt albi ⁊ musici. ¶ Sciēdum est aūt ꝙ quando plura predicantur de vno ex qbus est vnum per se: est enuntiatio vna. vt cum dicitur. homo est animal rationale ⁊ mortale. Nam ex partibus diffinitionis fit vnum per se qđ est nā speciei. Si autem predicantur plura ex quibus fit vnum per accidens. tunc est enuntiatio plures: vt cum dicit̄. Sortes est homo albus: ex hoīe ⁊ albo fit

B

vnuʒ per accidens. Prouenit ergo ista fallacia ex hoc ꝙ ad interrogationē que est plures datur vna responsio. ex eo ꝙ sub vno modo interrogandi ꝓponitur: vt si dicatur. Putas ne Sor. ⁊ Plato currit. Ex eo enim ꝙ semel interrogat̄ de duobus: videtur esse vna interrogatio cum tamen sint plures. Causa ergo apparentie in hac fallacia est vnitas ex parte modi interrogandi. Causa ꝟo non existentie est pluralitas interrogationis. Capl̄m. XXX.

Modi ꝟo huius fallacie sunt duo. Prim⁹ modus est quando iterrogatio est plures: ex eo ꝙ vnū de pluribus in singulari predicat̄ vel econuerso. sicut hoc. Putas ne hō ⁊ asinus sunt animal rōnale. Si dicat̄ non. Procedatur sic. Homo ⁊ asinus nō sunt animal rationale. ergo homo nō est animal rationale. Deceptio hic ꝓuenit: quia ad interrogationē premissam cuʒ sint plures: nō est danda vna rn̄sio: vt dicatur simpliciter sic vel non. Sed plures. Ut dicatur homo est aīal rōnale: asinus est aīal irrationale: vel non est animal rationale. Similiter est hic. Putas ne tu es homo ⁊ asinus. Si dicatur non. concludat̄ sic. ergo tu non es hō. Si dicat̄ sic. ḡ tu es asinus. Et iterū hoc. Putas ne ethiops est homo albus. Si non. Dicat̄. ergo non est homo. Si sic. ergo est albus. ¶ Secundus modus est quando interrogatio est plures: ex eo ꝙ plura subyciuntur vel predicantur in plurali numero. sicut hoc. Putas ne mel ⁊ fel sūt dulcia. Si non concludatur. ergo mel non est dulce. Si sic. Concludatur. ergo fel est dulce. In omnibus enim his non est danda responsio vna. Patet ergo ꝙ hec fallacia prouenit fm vnū ⁊ multa. Et hec de fallacijs dicta sufficiant.

C

D

¶ Explicit preclarum opusculuʒ fallaciarum diui Thome Aquinatis sacri ordinis predicatoꝝ: necnon ⁊ cōmentaria eiusdem in libros posterioꝝ ⁊ peri hermenias Aristotelis: summa cum diligentia castigata per quendam fratreʒ eiusdem ordinis vite regularis professorem. Mandato ⁊ expēsis Heredum dn̄i Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis: ⁊ sociorum. Anno dn̄i. 1526. Die. 24. Maij.

Registrum

a b c d e f g h i k l m

Ultimus quinternus. Alij ꝟo quaterni.